Ter. cōment. XXI.

Principium autem considerationis quod quidem est &c.

Q. III.



Meritur cōsequenter quarto: vtrus omne corpus moueat: & arguitur pmo q sic de motu locali: nā si esset aliqd corpus qd non moueret: sed quiesceret: hoc esset ppter hoc: q illud corpus eēt in loco suo nālī: sed hoc nō pōt dici ppter hoc q celum cōtinue mouetur: nō obstante q pōtinue est in loco suo naturali. s; ignis & aer: qui est vltra summitates altissimorū montiū ista pōtinue mouentur: s; q p; per 2. pmo metheoror: & tamen ista sunt in locis suis nālībus. ¶ S; cō. postqz ignis & aer: qui qdem est vltra summitates altissimorum montium pōtinue mouent: & s; ignis aer: qui est infra continue per ventū mouetur: & similr aqua per fluxum in refluxum: videt etiā q terra continue moueatur ex quo alia tria elementa cōtinue se mouentur: & per cōsequens mixta: que sunt super eas: & cum etiam celum continue moueatur localiter: & cū oē corpus sit elementum vel mixtum vel celum: videtur q omne corpus moueat localiter. ¶ Adhuc posset cōfirmari q terra continue mouetur: nam propter motū solis circa terras continue terra vna vice calefit: & leuā fit: & alia vice frigeat: & grauescit: & ex alia parte ecōuertit: & cū centrus granitatis d; esse centrum mundi: & cū continue

est tunc propter tale alterationem terre a sole fiat aliud et aliud centrum gravitatis terre: videtur quod terra deorsum movetur ad finem: ut semper centrum sue gravitatis sit medium mundi. ¶ Deinde tertio arguitur de alteratione: scilicet quod quilibet corpus moveri potest motu alterationis. primo per de celum continue alteratur alio et alio lumine. secundo probatur idem de omnibus que sunt infra celum: nam continue celum agit in eadem calefaciendo per accessum solis ad eam: et refrigerando per recessum solis ab eis. ¶ 3o probatur specialiter de mixtis: nam mixta habent in se contrarietatem propter quam continue alterantur

In oppositum

vult Aristoteles in isto octavo: vult enim quod aliqua semper moventur et aliqua semper quiescunt. ¶ 2o. nam apparet ad sensum aliqua semper quiescere: scilicet apparet sensui hoc de terra: ergo non est dicendum omnia moveri propter hoc quod sensui apparet aliqua quiescere. ¶ 3o. nam 2o huius non est principium motus sicut et generis: ergo aliqua quiescunt sicut aliqua moventur. ¶ 4o. non omne motuum: consequentia tenet ex eo quod motum et mobile se habent sicut potentia activa et potentia passiva: que sibi mutuo correspondent: et antecedens probatur: nam aliquod motum est potentia fatigabilis et per consequens aliquando cessat a motu. ¶ 5o. aliquis motus postquam non est infinitus pertingit terminum ad quem mobile tendit mediante illo motu: sed illo termino habito ille motus cessat: et per consequens illud mobile non continue movetur: sed aliquando quiescit. ¶ 6o. alique mutationes fiunt propter quietem: modo si nulla quiescerent nec possent quiescere ille mutationes essent frustra. ¶ 7o. aliquando mobile movetur ad aliquem terminum quo acquisito e converso motu reflexionis movetur ab illo: sed quod necesse est mobile in termino reflexionis quiescere: videtur quod illud mobile aliquando quiescit et per consequens non continue movetur. ¶ 8o. non omne mobile movetur: ergo non omne corpus movetur: consequentia tenet ex eo quod omne corpus est mobile: et omne mobile est corpus: antecedens probatur: nam Antichristus est unum mobile: et tamen Antichristus non movetur: quod non est: sed quod sit unum mobile patet: nam potest moveri: ergo est unum mobile: consequentia tenet ex eo quod si mobile idem est quod illud quod potest moveri: scilicet antichristus est mobilis: quod potest moveri: quod aliquando movebitur. ¶ In ista questione primo ponantur conclusiones quantum tangit motum localem. ¶ 2o. quantum tangit motum alterationis: et sic sequitur primus articulus.

Quatum

ad primum sit prima conclusio: possibile est quodlibet corpus moveri localiter. ista conclusio primo patet de celo: nam celum de facto movetur: similiter patet de igne: et similiter de aere: nam aer qui est ultra summitates altissimorum montium movetur et etiam aer qui est infra: et etiam de aqua sicut arguebatur in uno argumento. Et similiter per hoc de terra: nam possibile est quod continue excessus unius partis terre puta medietatis super aliam sit talis quod totalis gravitas unius medietatis sit proportione minoris in equalitate super granitatem alterius medietatis terre una cum resistantia aeris: qui est super aliam medietatem: et quando sic esset terra moveretur: et similiter mixta super eam: et igitur possibile est: sed de facto non sit: quod quodlibet corpus movetur localiter. ¶ Secunda conclusio: non est ita de facto: nec est necessarium: quod continue terra moveatur: quia forte quibus aliquando vna medietas terre sit gravior altera: tamen non propter hoc statim pellit aliam sursum: et hoc propter resistantiam aeris: qui quidem aer circumdans medietatem

est minus gravis una cum ea resistit medietati graviori. Ex his duabus conclusionibus colligitur quod quodlibet corpus continue moveri localiter sit possibile: tamen non est necessarium: nec forte sic est de facto. Quid ergo quo ad istud sit dicendum de motu augmentationis et diminutionis: et sicut de generatione et corruptione notum est de se: ad 2o. scilicet de alteratione: due sunt opiniones: quarum prima est ista: quod non quodlibet corpus continue alteratur: adhuc loquendo de corporibus: que sunt infra celum: probatur hoc: non quodlibet corpus continue applicatum suum contrarium: ergo non quodlibet corpus continue alteratur: consequentia tenet ex eo quod alteratio est a contrario in contrarium: et antecedens probatur de partibus terre centralibus: similiter de partibus ignis in sphaera sua. Et isti de ista opinione una cum tenentibus conclusiones positas in primo articulo habent respondere ad rationes factas in questione principio articuli oppositum. Et ad primam si non omne corpus movetur localiter non esset: quod esset in loco suo naturali. dicitur quod non est solum propter hoc: sed etiam propter hoc: quod aliquando deficit movens. ¶ Ad aliam dico: quod non est simile de terra: et de aliis elementis: propter hoc: quod terra non est ita fluida nec mobilis sicut alia elementa: sed magis constans et solidior: ergo non obstante: quod ista tria elementa moveantur localiter: ipsa potest quiescere. Ad confirmationem quod terra continue moveatur: nam continue ex una parte levetur: quid sit dicendum ad istam rationem per consequens probatione secunde conclusionis. ¶ Deinde cum arguitur de alteratione: dico de celo: quod sit continue alteratio: hoc non est de alteratione corruptionis: seu dispositione ad corruptionem modo illo quo dictum est prius: non quodlibet corpus continue alterari intelligunt de alteratione a contrario: que non potest esse nisi cum aliquo corruptione. ¶ Deinde ad aliam: quia probatur universaliter quodlibet corpus infra celum continue alterari: nam celum continue agit in ista inferiora: diceretur quod hoc verum est ipsa alterando: vel ipsa conservando in statu eorum: modo ex hoc non sequitur ipsa continue alterari: alteratione corruptiva. Unde celum conservat ea aliquid in eorum statu: sed tunc aliquando venit una constellatio alterans ea: et disponens ea ad corruptiones. ¶ Ad aliam cum arguebatur de mixtis isti bene concederent de mixtis etherogeneis: quod continue essent in alterari: negaret tamen non de homogeneis. ¶ Alia opinio est de alteratione: que ponit primo istam conclusionem quod quodlibet corpus infra celum continue alteratur: probatur hoc ex eo quod celum continue agit in ista inferiora uno tempore calefaciendo et alio tempore refrigerando: uno tempore humectando: alio tempore desiccando: sed non semper talis alteratio appareat sensui. ¶ Et sit secunda conclusio: quod non oportet: quod si talis alteratio non appareat sensui: quod igitur talis alteratio non sit: per similitudinem: nam una pars unius stelle non apparet sensui moveri: et tamen in rei veritate movetur: et similiter in horologio in una hora aliqua rota non apparet moveri: sed in veritate moveatur: sic in proposito de alteratione: sed quodlibet corpus infra celum continue alteretur: non tamen de quolibet corpore hoc percipitur: et hoc propter tarditatem ipsius motus alterationis: unde imaginandum est quod materia prima continue alteratur sicut celum continue movetur localiter. ¶ Tenendo istam opinionem: quam credo verisimilem respondendum est ad rationes in oppositum factas: et primo ad auctoritatem Aristotelis dicentis aliqua aliquando moveri: et aliqua aliquando quiescere. hoc ipse intellexit de motu locali: unde sicut patet per secundam

21.
250.
23.

de ratione primi articuli non est necessarium: nec de facto est ita quod quilibet corpus moueatur localiter. ¶ Ad 2^{am}. non est principium etc. B iterum bene probatur de motu locali: et eius quiete: cum hoc tamen non stat quod localiter potest moueri motu alterationis. ¶ Ad aliam cum dicebatur quod aliqua appareret sensui quiescere: verum est de motu locali: et id bene concedo quod apparent quiescere a motu alterationis: sed ex hoc non sequitur quod quiescant sicut dicitur scda. et cetera scda. opinio scda. articuli. ¶ Ad 4^{am}. non omne motuum continue mouet: verum est de motu quo aptum natum est illud motuum mouere: renouatominus cum aliquo motuum cessat mouere adhuc illud mobile potest moueri alio motu: scilicet motu vniuersali alterius motu. ¶ Ad 5^{am}. et ad sextam ille bene probatur quod non eodem motu semper mouet: sed aliquando cessat ab vno: et postea mouetur ab alio: et sic continue mouet: vniuersi si aliquando cessat calefieri postea frigitur: vel rarefit vel condensatur. ¶ Ad aliam de motu reflexionis dico quod si aliquo est motuum ad caliditatem: et conuerso mouebitur ad frigiditatem: quod si pro tempore intermedio quiescat a calefactione vel frigectione interim potest condensari vel rarefieri vel aliquo huiusmodi moueri etc. ¶ Ad vltimam. non omne mobile mouet. concedo: ergo non omne corpus mouet: nego consequentiam: et cum dicebatur omne mobile est corpus: negatur: sic nec omne risibile est homo: vniuersi non omne quod potest moueri est corpus: sicut nec omne quod potest ridere est homo. Antichristus enim potest ridere et potest moueri: quod aliquando mouebitur: et aliquando ridebit: et tamen Antichristus: nec est homo: nec corpus. nihilominus bene conceditur quod omne quod est: et quod est mobile est corpus: et si risibile est: et est risibile est homo: quare etc.

Ter. comment. XXVII.

Reliquum vero considerandum est: vtrum omnia huiusmodi etc. Q. V.



Aeritur quinto: vtrum animal moueatur ex se: et arguitur primo quod non. secundum Commetatores et secundum veritatem animal mouetur a sua anima: modo anima non est animal: ergo animal non mouetur ex se: sed ab alio: scilicet ab anima. ¶ Secundo: nam dicitur est in septimo huius: quod omne quod mouetur ab alio mouetur: et sic nihil mouetur a se: ergo nec animal. ¶ Tertio nam per Aristotelem in isto octauo omne motum est diuisibile in partem per se mouentem: et in partem per se motam: modo sic non est de animalibus: ergo animal non mouetur ex se: antecedens probatur: animal est diuisibile in corpus et animam: modo corpus circumscripta anima non est per se motum: propter hoc quod illud quod debet esse per se motum debet esse ens in actu per aliquam formam: modo circumscripta anima non mouetur: quod non videtur quod sit corpus in actu per aliquam formam: et si dicatur quod non sit in actu per aliquam formam substantialem circumscripta anima adhuc tamen est in actu per aliquam formam accidentalem: et hoc sufficit. ¶ Sed contra si hoc sufficeret: tunc graue inanimatum diceretur: vel posset dici moueri ex se: quod Aristoteles negat in isto octauo: probatur consequentia ex eo quod graue inanimatum est diuisibile in partem per se mouentem: scilicet eius formam: et aliam partem motam: que adhuc est in actu per aliquam formam accidentalem circumscripta eius forma per se mouente. ¶ Quarto: graue inanimatum non dicitur moueri ex se propter hoc quod indiget motore extrinseco ut moueat: similiter est de animalibus: ergo nec animal dicitur moueri ex se: similiter de animalibus patet. nam ad hoc quod animal moueatur oportet quod ei sensus et appetitus mo-

ueatur a sensibili et appetibili exteriori: et per consequens ad B quod moueat indiget motore extrinseco etc. etc.

In oppositum

vult Aristoteles in isto octauo. ista questio non est mota propter aliud: nisi ut videatur quomodo debeat intelligi dictum Aristotelis scilicet quod animal mouetur ex se et graue inanimatum non: cum tamen vtriusque eorum moueatur per suam formam sibi inherentem et intrinsecam. ¶ Sic ergo prima conclusio: nec graue inanimatum nec animal mouetur ex se: sic quod secundum se totum moueatur: siue quilibet pars moueatur: probatur: quod vtriusque materia est potest ista non moueri: cum nullius sit actiuitatis: ergo nullum eorum secundum se totum est mouens. ¶ Secunda conclusio: vtriusque eorum sic mouetur ex se quod mouetur ex aliquo sibi intrinseco: patet hoc: quia vtriusque mouetur per suam formam sibi intrinsecam. ¶ Tertia conclusio: neutrum eorum mouetur sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorem extrinsecum: patet hoc primo de graui: quod graue non mouetur naturaliter de nouo: nisi de nouo factum sit graue: seu nisi de nouo remotum sit prohibens ipsum: si ante erat graue. Si autem moueatur de nouo primo modo adhuc indiget generate ipius quod sibi est extrinsecum. Si autem mouetur de nouo secundo modo adhuc indiget remouente prohibens quod iterum est sibi extrinsecum: animal vero non mouet se nisi per sensum vel per intellectum: modo quod ad sentiendum vel intelligendum indiget habere vel habuisse motorem extrinsecum: puta obiectum: sequitur finaliter nec graue inanimatum nec anima moueri: sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorem extrinsecum. ¶ Sed circa dicta dubitatur: quare ergo Aristoteles dicit animal moueri ex se: et graue inanimatum non. Et respondetur quod hoc est ratio quod animal ponitur de nouo moueri post quietem: absque B quod tunc habeat motorem extrinsecum ipsum mouentem: sed bene ante habuit sicut patet dum animal dormit potest expergeri absque motore extrinseco: et ipso expergefacto eius sensus: et eius appetitus potest moueri per species reseruatam in eius memoria ad consequendum aliquid vel fugiendum: et hoc totum potest fieri de nouo absque B quod pro tunc habeat motorem extrinsecum: sed ante habuerit: propter hoc animal dicitur moueri ex se: ad hoc autem quod graue inanimatum de nouo moueatur non sufficit habuisse motorem extrinsecum: sed requiritur de presenti habere motorem extrinsecum: patet hoc: nam graue cum incipit de nouo moueri: vel ergo cum incipit de nouo moueri: incipit de nouo esse: vel ante erat. Si primum clarum est quod tunc indiget motore extrinseco: scilicet generate. Si dicatur secundum: vel ergo de nouo mouet naturaliter: vel violenter. Si violenter clarum est quod indiget motore extrinseco: si naturaliter: vel ergo ad deorsum: vel ad sursum: vel a sursum ad deorsum: si dicatur primum hoc esse non potest nisi factum sit leue: et hoc verum non potest esse absque a generate aliquo extrinseco. Si autem dicatur secundum: tunc prius erat prohibendum: et illud prohibens est modo amotum: et ad hoc de presenti indiget amouere illud prohibens: quia igitur graue inanimatum non potest de nouo moueri: nisi habeat motorem extrinsecum: ipius non dicitur moueri ex se: sed quod animal potest de nouo moueri absque B quod habeat motorem extrinsecum: si autem habuerit ipius dicitur moueri ex se: et istud sufficit.

Ad rationes principales. Ad primam patet secundum conclusiones positas: nam animal dicitur moueri ex se propter hoc quod si se totum moueat: et secundum se totum moueatur: sicut dicitur prima conclusio: sed ideo quia mouetur ab aliqua eius parte intrinseca:

t. p. i. t. p. 43

intrinsicam: cum hoc non indiget semper habere maiorem extrinsecam: sed indigeat habere vel habuisse. Ad secundam consimiliter. Ad tertiam procedo: quod animal est diuisibile in partem per se mouentem: et in partem per se motam: et sic nego minorē: et cum arguebatur circumscripta anima residuum non est per se motum: propter hoc non est ens in actu, nego. imo sufficit quod sit ens in actu propter quem actum resistit mouenti: et ita est de corpore aialis circumscripto: quia adhuc corpus est in actu per grauitatem: per quam quidem grauitatē resistit anime mouenti: sed sic non est de graui inanimato: sed forma eius substantialis circumscripta adhuc residuum manet in actu per grauitatem: tamen per illas non resistit mouenti. s. forme substantiali grauis: et ideo graue non dicitur moueri ex se: sed animal bene. Et quartam bene concedo: quod ad hoc quod animal moueatur indiget habere: vel habuisse motorem extrinsecum: sed ad hoc quod graue inanimatum moueatur sufficit habuisse: sed requiritur habere: et ex hoc ad argumentum.

Tex. cōmentī. XXIX.

Quo autem manifestum non est: sicut cuius moueat extra naturam etc. Questio. VI.



Ueritur Utrius grauia et leuia inanimata moueantur ex seipsis: Et arguitur primo quod sic: quia mouentur naturaliter cum mouentur a principijs eorum intrinsicis et non ab extrinsecis: cum tunc moueantur uolenter. ergo a seipsis. et ita tenet ex eo quod moueri a principio intrinseco est unus modus mouendi a seipso. Quod autem moueatur a principio intrinseco. patet per commentatorem tertio celi dicentem: graue non moueri a motore extrinseco: sed a forma eius. hoc idem patet per eundem quarto celi dicentem: in graui minus distinguitur motor et motum quam in animali: ex quo elicitur quod graue habet motorem intrinsecum: et motum intrinsecum. Secundo. illud mouetur quod diuiditur in partem per se mouentem: et in partem per se motam: et sic est de graui: et similiter de leui. diuiditur enim. in formam per se mouentem: et in residuum per se motum. Tertio. si graue et leue non mouerentur ex se hoc esset ex eo quod ad inceptions sui motus indigeret motore extrinseco: tamen Aristoteles dicit animal moueri ex se. ergo.

In oppositum determinat Aristoteles in isto 8o dicentem: grauia et leuia inanimata moueri ex seipsis est impossibile. In ista questione primo uidentur est de questione. et uidentur est a quo mouentur grauia et leuia. quando ascendunt et descendunt.

Quatum ad primum sit ista prima distinctio quod aliquid moueri ex se potest intelligi quatuor modis. Primo modo quod totum moueat totum: ita quod si se totum moueat: et si se totum moueatur. Secundo aliquid dicitur moueri ex se quod nunquam ad suum motum indiget motore extrinseco nec motu extrinseco: et isto modo celum potest dici moueri ex se accipiendo celum pro aggregato ex orbem et intelligentia: ad hoc enim quod ipsum moueatur non indiget alio motore quam suo: et similiter nec alio motu. Tertio aliquid dicitur moueri ex se: quod post eius quietem potest incipere aliquem motum: et perficere illum absque hoc: quod pro tunc exigit aliquem motorem extrinsecum: sicut dicitur in precedenti questione de animali cum expergerit post somnum incipit moueri ad aliquid prosequendum propter species reseruatam in eius memoria: et isto modo aialis dicitur moueri ex se. Quarto modo aliquid dicitur moueri: ex se quod

mouetur a principio intrinseco: sed quo ad hoc non indigeat motore extrinseco. s. quod incipiat illum motum. Et est sciendum quod in proposito deus siue prima causa non debet reputari pro motore extrinseco. Tunc sit prima conclusio: accipiendo moueri ex se primo modo: nec celum: nec graue inanimatum: nec animal mouetur ex se. probatur. primo de graui animato: et de graui inanimato: in quolibet istorum est materia: que non mouet cum nullius sit actiuitatis: et per consequens in neutro istorum duorum: quolibet pars mouet: quod tamen requiritur ad hoc quod moueretur ex se primo modo. Deinde probatur hoc idem de celo: quia in celo est motor et motus. s. orbis. Modo sed motor moueat orbem: tamen orbis non mouet motorem: propter hoc quod motor est immobilis. Secunda conclusio: accipiendo moueri secundo modo graue inanimatum non mouetur ex se. probatur. nam ad hoc quod moueatur indiget alio: et a suo motore intrinseco: et similiter a suo motu intrinseco: ad hoc enim quod incipiat moueri indiget extrinseco motore: sicut dicebatur in questione precedenti: et adhuc dicitur. Tertia conclusio: graue inanimatum non mouetur ex se tertio modo. probatur: quia non potest incipere motum suum absque hoc quod non oportet concurrere motorem extrinsecum. probatur. nam graue quando incipit de nouo moueri: vel hoc est uolenter: uel naturaliter. si uolenter: oportet extrinsecum concurrere. si naturaliter: tunc uel incipit esse graue: uel prius fuit graue: sed prius non mouebatur. si primum: tunc indiget extrinseco: scilicet generante ipsum. si secundum: tunc indiget remouente prohibens: et sic iterum ab extrinseco. Quarta conclusio: accipiendo moueri ex se quarto modo: graue inanimatum mouetur ex se. probatur: quia ab aliquo intrinseco sibi concurrente ad suum motum in genere cause efficientis.

Quantum ad secundam sit prima conclusio: graue inanimatum: non per totum suum motum quando descendit mouetur a suo generante. probatur. nam posito quod cum illud graue est in medio sui motus: quod generans quod generauit ipsum multum distat ab eo: et cum mouens: et motus debeant esse simul: sequitur quod tunc non mouetur ab ipso. Et confirmatur. nam possibile est quod generans sit corruptum et annihilatum: sed corruptum et annihilatum nihil mouet. Secunda conclusio: graue inanimatum: non per totum suum motum mouetur a remouente: prohibens quando mouetur naturaliter. probatur. nam sicut iam probatur de generante possibile est de remouente prohibens quod multum distat a graui inanimato cum est in medio sui motus: et est possibile quod illud remouens prohibens sit iam corruptum. Auctoritates autem Aristotelis. et commentatorum sunt alique sint in oppositum: sunt glosande ad istum sensum quod bene generans: remouens prohibens concurrunt ad hoc: et requiruntur ad hoc quod graue incipiat moueri: sed non oportet ea esse continue: ad hoc quod ipsum graue motum suum motum compleat. Tertia conclusio: graue descendendo non mouetur naturaliter a suo loco naturali. probatur. nam si locus eius naturalis moueret ipsum deorsum: uel hoc esset trabendo: uel hoc esset aliquam uirtutem sibi imprimendo: mediante qua descenderet: non potest dici primum. nam tunc graue non descenderet naturaliter: sed uolenter: propter hoc motus tractus est motus uolentis. nam tunc oportet quod locus naturalis eius attingeret ipsum graue: propter hoc quod in motu tractus oportet trabens attingere tractum. Sed clarum est quod cum graue sit multum sursum: et descendit non attingitur a suo loco naturali. Nec potest dici secundum. s. quod

Alb. de sax.

Q

locus naturalis imprimat aliquam virtutem et qualitate ipsi graui: mediante qua descendit: sicut magnes imprimat quandam virtutem ferro mediante qua mouetur ad ipsum: nam sic tunc sequeretur quod quanto graue esset propinquius suo loco naturali: quod tanto velocius deberet moueri: propter hoc quod haberet illam virtutem intensiorem: sed hoc est falsum: quod ostendo. nam si aliquis bene prope terram in .a. instanti dimittat cadere unum lapidem et sit vnus lapis equalis grauitatis: qui diu ante descendit usque ad .a. instans ad illum terminum a quo incipit descendere ille lapis qui erat prope terram: tunc clarum est ad sensum: quod ille lapis qui ante descendebat velocius descendit non obstante quod est eque propinquus: vel minus suo loco naturali. ¶ Sed aliquis dubitaret. nam videmus quod graue mouetur velocius circa fines sui motus quam circa principium: sed circa finem est propinquius loco suo naturali. videtur quod locus eius naturalis imprimat sibi aliquam virtutem: qua tunc mouetur velocius. ¶ Respondetur quod causa huius non est: quod locus eius naturalis imprimat sibi aliquam virtutem: sed hoc est propter quandam impetum: seu propter quandam qualitate accidentalem que sibi acquiritur in descendendo que vna cum grauitate essentiali in fine mouetur velocius quam grauitas essentialis in principio sola mouebat. ¶ Quarta conclusio: graue descendendo non mouetur a medio. probatur ex eo quod medium maius impedit et resistit sibi. ¶ Quinta conclusio: finem quod communiter tenetur graue mouetur naturaliter a sua forma substantiali principaliter: et a sua grauitate instrumentali: potest probari ex conclusionibus precedentibus a sufficienti diuisione. nam vel mouetur a generatione: vel a remouente prohibens: vel a suo loco naturali: vel a medio: vel a sua forma substantiali vna cum grauitate: non potest dici primum per primam conclusionem: nec secundum per secundam: nec tertium per tertiam: nec quartum per quartam. relinquatur ergo quod quintum: et hec est conclusio probanda. ¶ Rationes vadant ad vicum vatum ad sanctum Iacobum: consimili modo dicatur de leui suo modo: sicut dictum est de graui.

Tex. commenti. XXXII.

Quoniam autem potentia esse multipliciter dicitur etc. Questio. VII.



Queritur 7^o. Utrum graue post remotionem prohibentis mouetur per se: Et arguitur primo quod non. nam dicitur Commentator tertio celi: quod ipsum mouetur ad motum medij: et ideo videtur moueri per accidens recte: sicut homo existens in nauis qui mouetur ad motum nauis: et mouetur per accidens. ¶ Secundo. si per se tunc moueri inesset sibi ratione alicuius sine partibus essentialis: sed hoc non: quia non conuenit sibi ille motus ratione materie: nec ratione forme: non ratione materie: quia materia non mouetur: cum sit ens in pura potentia: et motus non conuenit nisi enti in actu: nec conuenit etiam sibi ratione forme. nam ratione forme mouetur. ergo videtur quod non moueatur: aliter enim idem esset mouens et motum: et moueret seipsum: et moueret a seipso. ¶ Tertio quod non habet per se resistentiam non mouetur per se: sed non omne graue post remotionem prohibentis habet per se resistentiam: sicut graue motum in vacuo si esset. ¶ Quarto quod est per se supponit de omni modo graue mouetur deorsum post remotionem prohibentis: sicut patet de terra iam existente in loco suo naturali que non mouetur: et non est post remotionem prohibentis cum erat sursum: supposito quod ante unum annum fuit detenta sur-

sum: et ante dimidius illud prohibens fuisset remotus. ¶ Quinto si per se: vel per se primo modo: vel per se secundo modo: sed nullum istorum. ergo etc. non enim primo modo: ex eo quod primus modus dicendi per se est quando predicatum est quidditatum ex naturali subiecto: modo sic non est hic: dicendo graue mouetur deorsum: ex eo quod moueri deorsum contingenter inest graui: nec predicabile de graui in quid: nec potest dici quod in secundo modo dicendi per se. nam secundus modus dicendi per se est quando subiectum ponitur in diffinitione predicati: modo sic non est in proposito: in diffinitione motus non ponitur iste terminus graue. ¶ Sexto auctoritate Commentatoris quarto celi dicentis: quod si graue sit superius propter impedimentum detentum forma eius post remotionem impedimenti mouetur ipsum per accidens: et per consequens non per se: quare etc.

In oppositum arguitur: quia graue post remotionem prohibentis mouetur naturaliter deorsum. ergo per suam naturam et per suam essentiam: et per se. ¶ 2^o. omne per accidens reducendum est ad aliquod per se: sicut est homo existens in nauis mota mouetur per accidens et reducitur ad aliquod per se: quod mouetur ad motum ipsius nauis: qui est motus per se. modo in motu grauis deorsum esset aliquod per se: ad quod reduceretur si ipsum moueret per accidens. ¶ 3^o aucte Comment. 3^o celi dicentis: motum grauis deorsum esse primum et essentialiter a forma motus: sed cum prius et essentialiter sit per se: sequitur istum motum esse per se. ¶ Ad istam rationem respondendum est naturaliter loquendo. ¶ 2^o respondendum est logice.

Quatum ad primum sciendum: loquendo naturaliter sicut dicitur alicui conuenire per se quod conuenit sibi per suam naturam: que quidem natura est materia vel forma: illud vero magis conuenit per se quod conuenit sibi per formam: quam quod conuenit sibi per materiam: propter hoc quod forma est principalior quam materia. finem quod vltimum est prius. ¶ Tunc sit prima conclusio: graue post remotionem prohibentis mouetur per se deorsum. probatur ex eo quod talis motus conuenit sibi per suam naturam. scilicet formam. ergo etc. ¶ 2^o conclusio: si accipitur per se. scilicet solitarie graue post remotionem prohibentis non mouetur per se. probatur ex eo quod graue non potest moueri nisi diuidat medium. ergo vna cum hoc graue mouetur: medium mouetur. ergo non potest moueri sine indigentia alicuius moti: ideo non dicitur moueri per se: id est solitarie.

Quatum ad 2^o sit prima conclusio: hec non est per se graue mouetur deorsum. probatur: quia non est necessaria: sed contingens: sicut contingens est quod aliquod graue sit sursum. ¶ 2^o conclusio: hec est per se graue est mobile deorsum. patet: quia est necessaria. ¶ Tertia conclusio: hec est per se graue si est sursum non impeditur mouetur deorsum. patet per idem medium: quia necessaria.

Ad rationes ergo principales dico. Ad primam quod non est simile de graui moto: ad motum medij: et de homine moto ad motum nauis: propter hoc quod homo cum nauis mouetur: sed graue non mouetur cum medio: sed mouetur per medium: et cum graue mouetur per medium: medium diuidatur et etiam mouetur. ¶ Ad secundam potest obedi: quod forma moueret et moueretur: nec est impossibile: idem moueri et mouere quando concurrat ad motum vel mobile. ¶ Ad tertiam. illa bene probatur quod non mouetur per se. scilicet solitarie sine indigentia alterius moti: et hoc conceditur. erat enim vna conclusio. ¶ Ad quartam illa bene probatur illam non esse per se graue mouetur deorsum: bene conceditur hoc: erat enim vna conclusio: nihilominus hec est bene per se graue est

ue est mobilis deorsum: et cum arguebatur in primo: vel secundo modo dicendi per se: dico qd in secundo modo: et cum dicebatur tunc subiectum debet poni in diffinitione predicati: verum est ipsum vel aliquid eius positum in diffinitione eius: et ideo qd corpus in diffinitione grauis et. dico qd ly graue vel ly corpus ponitur in diffinitione ly moueri deorsum. ¶ Ad quintam per se presump: ponit de omni ista: iterum probat predictam propositionem non esse per se graue mouetur deorsum: et hoc conceditur. ¶ Ad auctoritatem Commentatoris dico: qd per illam auctoritatem bene habetur hanc propositionem esse per accidens: graue mouetur deorsum: et hoc conceditur vt dictum est.

Questio. VIII.



Meritur 8º. Utrius primus motor sit immobilis: Et arguitur qd non. nam sicut est in minori mundo ita videtur esse in maiori: sed in minori mundo: puta in homine primus motor non est omnino immobilis: est enim mobilis per accidens qui quidem primus motor in homine est anima mouens. ergo etiam sic erit in maiori mundo. ¶ Secundo. nam primus motor est intrinsecus primo mobili: vel extrinsecus. si dicatur qd intrinsecus: tunc non omnino immobilis. nam tunc est mobilis ad motum eius in quo est. si autem dicatur qd extrinsecus hoc non valet: propter hoc qd tunc motus primi mobilis non esset naturalis: sed violentus. consequentia tenet ex eo qd motus naturalis est qui est a motore intrinseco: violentus autem qui est ab extrinseco. ¶ Tertio primus motor potest mouere se. ergo non omnino immobilis. consequentia tenet: antecedens probat. nam primus motor est omnipotens. ergo omnia potest. ergo et mouere se. ¶ Quarto primus motor mouet per intellectum et voluntatem: sicut patet per Arz. in 2º meta. sed intellectus et voluntas mouet ab intelligibili et appetibili. ergo.

In oppositum

vult Aristoteles in isto octauo: vbi probat primum mouens esse immobile. Breuiter ad istam questionem pono vnicam conclusionem: que est qd primus motor est omnino immobilis. probatur primo: qd non est necesse omne mouens moueri. ergo primum mouens non mouetur. consequentia tenet ex eo qd in quolibet genere debet esse simplicissimum: et maxime absolutum ab omni qd non est de necessitate illius generis. si enim moueri non est necessarium mouenti ad hoc qd moueat: sequitur qd moueri debet remoueri a primo motore. antecedens patet. nam non est ei necessarium ad hoc qd aqua frige faciat qd ipsa frige fiat: nec est necessarium ad hoc qd medicus sanet: qd ipse sanetur: et sic de multis alijs motibus. ¶ Secundo si primus motor mouet. vel ergo a se vel ab alio: si diceretur qd ab alio: tunc non esset primus motor: nec potest dici qd a se. nam hoc esset isto modo qd fm idem moueret: et fm idem moueretur: vel fm vnam partem moueret: et fm aliam moueretur: non potest dici primum: ex eo qd tunc idem esset in actu et in potentia: nec potest dici 2º: propter hoc qd primus motor est indiuisibilis: sicut probatur in ultimo capitulo huius octauo: et ex alio etiam: qd tunc ista pars que moueret aliam magis deberet dici primus motor: ex eo qd ipsa non moueretur: sed moueret. ¶ Tertio ad idem. nam reperitur motum non mouens. ergo etiam debet reperiri mouens non motus: sed sic talis maxime debet esse primus motor. antecedens patet de materia prima que mouetur et non mouet cum nullius sit actiuitatis: et maxime passiuuitatis. et sequentia probatur per istam regulam: quando cuius duo reperuntur coniuncta si vnum eorum est reperibile sine alio: et

aliud sine eo: sicut Commentator declarat de intellectu et in intellectu: sed alicubi simul reperiuntur mouens et motum. nam aliqua sunt que mouent et mouentur. si ergo reperitur motum et non mouens: etiam debet reperiri mouens non motum. Sed de ista regula dubitatur. nam substantia et accidens reperiuntur simul: et substantia reperitur sine accidente: et tamen accidens non reperitur sine substantia. ¶ Ad hoc respondet qd regula debet intelligi quando aliqua duo reperiuntur coniuncta: et vnum illorum reperitur sine alio supple: de quo tamen minus videt: tunc reliquum est reperibile sine alio: modo minus videtur motum non mouens reperiri sine mouente non moto: cum ipsum sit posterius: et mouens non motum prius: et tamen reperitur sine eo. ergo concluditur qd mouens non motum etiam reperiuntur: sed tunc quando dicebatur de substantia et accidente: dico qd de accidente minus videtur qd possit reperiri sine substantia. ergo bene concluditur qd si possit reperiri sine ea qd substantia possit reperiri sine accidente: sed per substantiam reperiri sine accidente non debet concludi accidens reperiri sine substantia: propter hoc qd hoc non minus: sed magis videtur de substantia. ¶ Quarto mouens primum debet mouere perpetue et vniiformiter. ergo debet esse mouens non motum. antecedens patet ex eo qd motus diurnus qui prouenit a primo motore apparet perpetuus et vniiformis. consequentia tenet ex eo qd si primus mouens moueretur qd continue haberet se aliter et aliter sic non potest moueri vniiformiter: sed vno modo sic: et postea aliter sicut videmus de celo: propter hoc qd continue mouetur: et continue se. habet aliter et aliter ad ista inferiora que continue producuntur mediante alio et alio effectus in istis inferioribus: sed dubitatur hic de hoc quod dicitur qd motus diurnus sit vniiformis quo mouetur mobile. Contra: iste motus non est vniiformis cuius aliquae partes mouentur velocius et aliquae tardius. Sed ita est de motu diurno. nam motu diurno mouet primum mobile: et alii orbis cum eo: sed partes eius que sunt circa polos mouentur tardius: et que sunt circa equinoctialem mouentur velocius. ¶ Respondetur distinguendo de vniiformitate motus: qd motus potest dici vniiformis quantum ad partes subiecti vel quantum ad partes temporis: ille dicitur vniiformis quantum ad partes subiecti: qui sic se habet qd omnes partes sui mobilis equali velocitate mouentur. ille autem dicitur vniiformis quo ad partes temporis qui sic se habet qd quacumque parte data sui mobilis in equalibus partibus temporis equali spatium describit: tunc ad propositum dico: qd motus diurnus bene est iniformis quo ad partes temporis: sed difformis quo ad partes subiecti. ¶ Quinto primus motor est indiuisibilis. ergo primus motor est omnino imutabilis. antecedens patet in isto octauo. consequentia patet ex eo qd indiuisibile non potest moueri. saltem ex eo. nam oporteret vnam eius partem esse mouentem: et aliam motam. sed si primus motor esset mobilis: oporteret qd moueret a se. aliter enim non esset primus. ¶ 6º illud quod mouet aliqua perfectio caret ad quantitatem per suum motum: sed primus motor nulla perfectione caret cum sit perfectissimus. ergo. ¶ 7º. oem quod mouet permiscet. aliqua potentia cum motus sit actus entis in potentia. 3º huius. sed primo motori nulla permiscetur potentia: cum sit actus purus 1º metaphysice. ergo.

Ad rationes. Ad primas dico: qd non est simile de primo motore et minori mundo. nam primus motor in minori mundo non est simpliciter primus. in maiori autem est simpliciter primus: et igitur non est mirum si primus. Alb. de sax. Q z

t. 2. 36.
t. 2. 44

t. 2. 6.

motor in minori mundo non est simpliciter primus. In maiori autem est simpliciter primus: et igitur non est minor: si primus motor in minori mundo est equaliter mobilis: et primus motor in maiori mundo nullo modo.

¶ Ad secundam dico: quod primus motor est intrinsecus suo mobili: et non per inheretiam: sed per indistantiam et presentiam: et hoc sufficit ad hoc quod eius motus sit naturalis. ¶ Ad 3^{am} primus motor potest mouere se: nego. nam hoc est impossibile: et quando dicebatur: primus motor est omnipotens. scilicet omnia possibilis potens: cum hoc tamen statim non possit impossibile absque hoc quod tollatur eius impotentia. ¶ Ad vltimas intelligitur hoc de intellectu et voluntate: que intelligit intellectu sibi su peraddita: qualiter non est de primo motore.

Tex. cōment. LV.

¶ Tribus autem existentibus motibus etc. Questio. IX.



Aeritur nono. Utrum motus localis sit primus motus: Et arguitur quod non. nam generatio est motus localis: et tamen non est primus motus: videmus enim quod oportet animal prius generari: et prius nutriri quam ipsum ambulare: ex quo videtur quod alij motus sunt priores sicut augmentatio et nutritio. ¶ Secundo arguitur de motibus ipsius grauis quod motus eius localis non est primus. nam vel hoc esset motus eius localis naturalis vel violentus: nullum istorum. ergo non violentus: quia oportet graue prius generari quam ipsum moueri violenter: et similiter argueretur de motu eius naturali. ¶ Tertio sicut se habet terminus vnius motus ad terminum alterius motus: ita se habet talis motus ad talem motum. Sed modo ita est: quod terminus generationis est prior quam terminus motus localis. ergo generatio precedit motum localem: maior est nota: minor probatur. nam terminus generationis est substantia. scilicet forma substantialis. Terminus autem motus localis est accidens: modo substantia est prior accidente. ¶ Quarto qualitates actiue sunt priores qualitatibus motiuis. ergo videtur motum alterationis precedere motum localem. antecedens patet. nam alteratione sunt actiue sicut caliditas et frigiditas: qualitates autem motiue sunt: grauitas et leuitas: sed ille qualitates caliditas et frigiditas: ex quo sunt prime qualitates sunt priores istis: que sunt grauitas et leuitas. ¶ Quinto illa mutatio est prior: que est perfectior: sed ita est de generatione: propter hoc quod est ad formam substantialem. ergo etc.

6. p. 55. **I**n oppositum est Aristoteles in isto octauo: ubi dicit et probat motum localem esse primum. ¶ In ista questione primo ponenda est vna distinctio: deinde conclusiones. Distinctio est ista: quod aliquid dicitur esse prius alio tripliciter: tempore: natura: et perfectione. ¶ Tunc sit prima conclusio: motus localis est primus omnibus alijs motibus secundum tempus. hoc patet de motu celi: qui est motus localis et est perpetuus: sicut vult et nstatur probare Aristoteles in isto octauo: et alij motus inceperunt: et per consequens omnes alios motus precessit motus localis celi cum ista conclusione que est indefinita: stat quod motus localis non est prior omnibus alijs motibus. patet de motu locali animalis: sicut est progressio: natatio: et volatio. ¶ Secunda conclusio: quod motus localis est prior alijs motibus secundum naturam. probatur ex eo quod motus localis potest reperiri: et reperitur de facto sine alijs motibus: sicut patet de motu locali celi: qui reperitur in celo: ubi non reperitur aug-

mentatio: nec generatio: nec alteratio. alij autem motus non possunt reperiri sine motu locali. Alteratio enim non potest reperiri sine motu locali: quia nec potest fieri nisi alterans applicetur alterabili: et ad hoc requiritur motus localis: et similiter de generatione: que etiam non potest fieri nisi generans applicetur illi ex quo debet fieri generatio: et similiter etiam augmentatio non fit sine motu locali. modo illud esse prius dicitur alio secundum naturam: quod potest esse sine eo: et non e contra. ¶ Tertia conclusio: motus localis est prior alijs motibus secundum perfectionem: et hoc denominatione extrinseca. ista conclusio patet tam ex parte temporis quam ex parte moueris: ex parte temporis: quia est diuturnior alijs motibus postquam est perpetuus et alia non. hoc patet etiam ex parte motoris: quia motus celi prouenit ex parte motoris perfectissimam: scilicet ab ipso deo seu a prima causa. patet etiam ex parte mobilis. nam primus mobile in quo reperitur motus localis: alijs mobilibus est perfectissimum. ¶ Quarta conclusio: in istis in quibus reperuntur alij motus in motu locali: adhuc motus localis est perfectior: quia posteriori generatione est prius perfectione: sed in illis motus localis est posteriori generatione. patet hoc in animalibus quod prius oportet generari: deinde nutriri et augeri eundo de minus perfecto ad maius perfectum: et non potest moueri localiter eundo huc illuc. ¶ Sed dubitatur de hoc quod dicebatur: quod est posteriori generatione est prius perfectione. Contra. nam diminutio est posteriori augmentatione: et similiter senectus quam iuuentus: et tamen huiusmodi non sunt priora in perfectione. Breuiter dicitur quod predicta maior debet intelligi in eundo ad statum perfectum: sed non in eundo ad statum imperfectum: sicut eundo ab augmentatione ad diminutionem: seu a iuuentute ad senectutem. ¶ Adhuc dubitatur de predicta maiori. nam anima prius est generatione quam scientia: et non propter hoc scientia est prior in perfectione. dicendum: quod predicta maior non intelligitur comparando formam ad formam: sed totum aggregatum ad totum aggregatum: ita quod aggregatum ex priori secundum generationem: et posteriori secundum generationem est prius secundum perfectionem quam sit solum illud quod est prius secundum generationem: et ideo scilicet scientia non sit prius secundum perfectionem: tamen aggregatum totale ex anima et scientia est prius secundum perfectionem quam sit anima solum. ¶ Secundo. ille motus est perfectior qui reperitur in animalibus perfectis: et non in imperfectis: sed ita est de motu locali: quod non reperitur in omnibus animalibus: sed solum in perfectis. Animalia enim que non sunt localiter mobilia: sicut sunt animalia petris affixa sunt alijs valde imperfecta. ¶ Tertio. ille motus est perfectior alijs: qui nihil abicit de substantia rei. Alij autem aliquid abiciunt: sed sic est de motu locali respectu aliorum motuum. unde alijs motibus aliquid abicitur: motu autem locali nihil. sicut patet de celo: quod mouetur localiter continue absque hoc quod aliquid remoueatur de substantia eius.

Ad rationes principales. Ad primam dico: quod ista probat quod in animalibus motus localis non est prior secundum tempus: sed sit bene prior secundum perfectionem. ¶ Ad secundam dico: quod bene probat quod motus localis grauium et leuium non est primus motus: cum quo tamen stat: quod motus localis: scilicet celi sit primus motus. ¶ Ad tertiam sicut se habet etc. dico quod generatio denominatione intrinseca: quam habet a termino eius: est prior perfectione. cum quo tamen stat: quod motus localis denominatione extrinseca quam habet a motore et tempore: est prior secundum perfectionem.

¶ Et

Et similitudo modo ad quanta. Ad quarta dico quod per illam rationem non vincitur quin adhuc motus localis sit bene prior propter hoc quod non omnis motus localis provenit ab istis qualitatibus motus localiter: que sunt gravitas leuitas: unde motus localis celi non provenit ex illis: quia celum non est grave: nec leve: sicut patet per omnes de tertia.

Tex. comenti. LXXVIII.

Quod autem necesse est impartibile esse etc. Questio. X.

Vtrum possibile sit movens finitum movere per tempus infinitum. Et arguitur primo quod sic. nam corpora celestia sunt virtutis finite: et tamen secundum Aristotelem per tempus infinitum moventur ista inferiora. ergo. Secundo. motor lune est finitus: et tamen movet suum orbem per tempus infinitum. Tertio. virtus motiva solis localiter est finita: et tamen posito quod perpetuo moveret nec aucta nec diminuta posset movere per tempus infinitum.

In oppositum vult Aristoteles in isto 8o qui nititur cur probare et demonstrare illam conclusionem: movens finitum non potest movere per tempus infinitum: et supponit primo pro sua demonstratione quod a. sit movens finitum: et b. sit mobile: quod etiam oportet esse finitum postquam movetur ab a. motore finito. aliter enim non excederetur ab eo: et per consequens non moveretur ab eo. Secundo. supponit quod medietas a. motoris movet medietatem b. mobilis per minus tempus: et equali velocitate: quod totum a. moveat totum b. nam medietas ipsius a. excedit medietatem ipsius b. in minori excessu quam totus a. excedit totum b. et per consequens medietas ipsius a. citius fatigatur in movendo quam totum a. ergo movet per minus tempus. Tertio. supponit quod tempus per quod a. movet b. sit c. et per tempus per quod medietas a. movet medietatem b. sit d. Istis suppositis arguitur sic medietas a. movet medietatem b. in tempore d. et totum a. movet totum b. in tempore c. per tertiam suppositionem: sed tempus d. per quod medietas movet medietatem est minus quam tempus c. per quod totum a. movet totum b. per secundam suppositionem: ergo d. tempus est finitum propter hoc quod sine c. sit finitum sive infinitum: si d. est minus sequitur quod est finitum. nam omne minus finito est finitum: similiter omne minus infinito est finitum: ex eo quod unum infinitum non est maius alio: tunc ultra tempus d. per quod una medietas a. movet unam medietatem b. est finitum: ergo etiam tempus per quod alia medietas ipsius a. movet aliam medietatem ipsius b. est finitum: et sic tunc ex duobus temporibus finitis non componitur tempus infinitum: sequitur ergo quod totum tempus per quod totum a. movet totum b. sit finitum: postquam componitur preter cise ex duobus finitis in quibus due medietates ipsius a. movet duas medietates ipsius b. Ad intelligendum melius conclusionem quam Aristoteles monstrat pono unam distinctionem. secundo conclusionem.

Quantum ad primum sit ista distinctio quod aliqua dicuntur finita vel infinita tripliciter. uno modo duratione ut generabilia et corruptibilia dicuntur finita duratione. Secundo aliquid dicitur infinitum in virtute et hoc dupliciter scilicet intensivo: et extensivo: et per oppositum aliquid dicitur finitum in virtute. Tertio modo aliquid dicitur esse infinitum improprie quod habet virtutem que nec est finita proprie inten-

sive nec infinita: nec etiam extensiva: nec significabilis per numeros: nec comparabilis per proportionem.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: nullo modo movens finitum in duratione potest movere per tempus infinitum: probatur. nam quoad aliquid debet movere: tam diu oportet ipsum esse: et per consequens cum non sit per tempus infinitum non potest movere per tempus infinitum. Secunda conclusio: nullus motor celi est finitus vel infinitus intensivo sive modo predicto: probatur. quia nullus motor celi movetur cum resistantia: ergo nullus eorum indiget conatu aut virtute significabili per numeros et comparabili resistantie. nec est infinitus intensivo propter hoc quod movetur velocitate finita: ita quod sequitur quia motores celestes non movent cum resistantia: ergo non oportet ea esse tante: vel tante virtus signate: quia adhuc si daretur minor motor sufficienter moveret mobile non resistens: unde minor virtus quam sit virtus unius musce si applicaretur mobili non resistenti moveret ipsum. ergo. Secundo. omnis motor celestis est indivisibilis sicut octavo huius probatum est: ergo nullus eorum est finitus: vel infinitus intensivo: consequentia tenet ex eo quod indivisibile proprie: nec est finitum nec infinitum. Tertio conclusio: nisi ita esset motor celestis non posset movere in virtute propria non excludendo primum motorem tempore infinito: probatur: nam omnis virtus motiva localiter cum resistantia fatigatur in movendo: sed per tale fatigationem tandem motus retardaretur usque ad non gradum: et sic tunc non moveret. Quarta conclusio: oportet quod motores celestes sint infiniti in duratione: pro hoc: quia movent per tempus infinitum: sed tales oportet esse infinitos in duratione. similiter quod omnis motor celestis dicitur sic infinitus quod est intransmutabilis applicat suo mobili: et propter hoc per suam virtutem quam simul habet: potest habere per tempus infinitum. Pro intellectu ergo conclusionis quam demonstrat Aristoteles dico quod sua conclusio intelligitur quod nullum movens finitum cuius potentia et virtus est significabilis per numeros et comparabilis secundum aliquam proportionem resistantie sui mobilis: potest movere illud mobile per tempus infinitum: et hoc totum est propter hoc quod tale movens est fatigabile: nihilominus si est aliquid quod movens infinitum in duratione: non sit infinitum in vigore movens aliquid mobile sibi non resistens vel applicatum intransmutabiliter alicui mobili quod quidam est movens: et est transmutabile in sua virtute. hoc autem potest movere per tempus infinitum: qualiter se habent motores celestes. et similiter se haberet virtus motiva sortis: si perpetuo maneret non aucta nec diminuta et secundum hoc rationes sunt solute.

Tex. comenti. LXXIX.

Quod autem infinita omnino magnitudine non contingit infinitam esse potentiam etc. Questio. XI.

Nunc queritur Utrum virtus in magnitudine finita. Et arguitur primo quod sic. nam celus est magnitudo finita: et tamen in ipso est virtus infinita: ergo prima pars antecedens patet: sed secunda probatur. nam in illo quod diutius durat est maior virtus: ergo in illo quod infinite durat est infinita virtus: sed celum infinite durat: quia per tempus infinitum: ergo videtur quod in ipso sit virtus infinita. Secundo in aliquo gravi puta a. non est minor virtus quam si distaret a centro mundi per sp-

tium infinitum: sed tunc in eo esset virtus infinita: p^o batur. q^o tunc in descendendo velocitaret motum suum in infinitum ex alio. n^o per auctoritatem de ponderibus grane quanto plus distat a centro est grauius s^m s^m.
Tertio tota massa m^{ae} p^{me} est magnitudo finita & tamen in ea est virtus infinita. est enim infinite passiuu-
 ris: sicut dicitur est. **Q**uarto p^{bat} q^o saltē nō implicat
 dictionē q^o in aliqua magnitudine finita sit virtus in-
 finita. n^oz si in aliqua p^{te} p^oportionabili alicuius ligni
 esset aliqua virtus: & in secunda parte p^oportionabili du-
 pla: & in tertia tripla & sic vltra in illo ligno esset virtus
 infinita: scilicet virtus aggregata ex oibus istis virtuti-
 bus in numero infinita quarū q^{libet} est tanta vel ma-
 ior aliqua certa data: ergo tale eēt ifinitū in virtute &.

t. 28.
29.

In oppositum vult Aristo. in isto 8^o: qui ni-
 titur p^{bare} istas duas p^{nes}.
 p^{ma} est q^o in magnitudine finita nō pōt esse virtus in-
 finita. secunda cōclusio q^o in magnitudine infinita nō
 potest esse virtus finita. **A**d p^{bandū} p^{mā} p^{resuppo}
 nit q^o omnis motus sit in tēpore. **S**ecūdo supponit
 q^o maior virtus mouet idē mobile minorē tempore q^o
 minor virtus: bis suppositis arguit sic: si in magnitudi-
 ne finita posset esse virtus infinita: sequerēt q^o virtus
 finita posset idem mobile equali tempore mouere: & in
 equali velocitate sicut virtus infinita moueret idē mo-
 bile. hoc est p^{tra} secūda suppositionē: p^{bat} p^{ntia}. n^oz
 sit per aduersariū virtus infinita existens in magni-
 tudine finita. a. & sit virtus finita. b. & sit suū mobile. c. tūc
 a. mouet. c. in minorē tempore q^o b. sit ergo q^o in duplo
 minorē tempore tunc augeat. b. ad duplum vel ad qua-
 druplum: sic q^o moueat in duplo minorē tēpore q^o p^{us}
 mouebat. tūc tali augmentatione facta adduc est sint-
 tum: sed tunc mouet idē mobile in equali tempore: in
 quo mouet virtus infinita: ergo &. **P**ro secūda cō-
 clusione supponit q^o data magnitudine in minorē eius
 parte est maior virt^o: ista supposito arguit sic. si in ma-
 gnitudine infinita esset virtus finita: sequerēt q^o virt^o
 finita posset mouere in nō tempore: sed hoc est falsum:
 propter hoc q^o omnis mot^o sit in tempore: & probat cō-
 sequentia. nam illa virtus pōt mouere in non tēpore
 que pōt mouere idē mobile plus q^o aliqua virtus data
 vel dabilis: s^z sic eēt de virtute si esset in magnitudine
 infinita: p^{bat} hoc. n^oz quacūq^o virtute data alicuius
 magnitudinis finite cum in maiorē parte sit maior vir-
 tus in magnitudine infinita: potest capi aliq^o eius pars
 in qua est maior virtus virtute data: & cum virtus tota
 lis magnitudinis infinite sit maior q^o sit virtus alicui^o
 sue partis: sequit^o q^o totalis virt^o magnitudinis infinite
 est maior virtus q^o sit aliqua virtus finita data vel da-
 bilis: & per p^{ns} posset mouere idem mobile veloci^o q^o
 aliqua virtus data vel dabilis: & per p^{ns} posset mouere
 in nō tempore: & per consequens esset infinita: & per cō-
 sequens virtus finita esset infinita: q^o implicat. **C**ir-
 ca predictas demonstrationes Aristo. dubitatur contra
 hoc q^o dicebatur: q^o potētia infinita potest mouere idē
 mobile in equali tempore: equali velocitate. hoc negan-
 do: dicerem enim p^{imum} motorem esse potētie infi-
 nite: & illuz posse mouere p^{imū} mobile: q^o tamen nul-
 la potētia finita potest mouere. **S**ecundo dubitat^o
 contra hoc q^o supponebatur: q^o quacūq^o potētia fini-
 ta data potest dari maior: aduersariū hoc negaret. n^oz
 diceret p^{mū} motorem: vel vnum aliū motorem circa
 p^{imum} esse potētie finite: & tamen 2^o non posse au-
 geri: ergo nō est possibilis suppositio ista. **T**ertio du-
 bitatur contra hoc q^o dicebatur: si esset virtus infinita

in magnitudine finita: tunc motus fieret in non tempo-
 re. diceret aduersariū illud q^o puenit alicui per se nō
 auferetur ab eo propter aliud: sed motui conuenit per se
 q^o in tempore fiat: ergo hoc nō auferitur ab eo p^o pōne
 potētie infinite in magnitudine finita: & per p^{ns} p^{pter}
 h^{ac} positionē nō sequit^o motū fieri in nō tēpore. **A**d
 ista. ad p^{mā} dubitationez respondet: q^o quāvis potētia
 infinita posset mouere aliq^o mobile q^o nō posset mo-
 uere potētia finita: tamen illud mobile q^o posset moue-
 re potētia finita: posset mouere potētia infinita si eēt.

T^{er}. cōmenti. LXV.

Contrarium autem manifestum est: q^o impossi-
 bile est esse & c. **Q**uestio. XII.



Vtrum inter quoscūq^o motus infle-
 xos oporteat esse quietem me-
 diam. Et arguit p^{imo} q^o non. n^oz moueat
 vna faba sursum: & obuiet sibi vnus lapis
 molaris descendens: tunc illa faba attingit
 lapidem molarē: vel eaz eo descendit absq^o hoc q^o p^{us}
 quiescat: vel oportet eam p^{ius} quiescere: si dicatur pⁱ
 mum sequitur q^o non inter quoscūq^o motus reflexos
 est quies media. s. inter ascensū fabe & descensum ei^o.
 si autem dicatur q^o oportet eam p^{ius} quiescere: sequi-
 tur q^o ipsa detinebit secum illum lapidem molarē sur-
 sum interim q^o ipsa quiescit. modo hoc videtur incon-
 ueniens. ergo. **S**ecundo quando vnus lapis proyct^o
 tur sursum: tunc vel p^{ius} quiescit sursum: q^o descendat:
 vel eōuerso sic descendit absq^o hoc q^o p^{ius} sic quiescit.
 si dicatur 2^o tunc inter motus reflexos non est quies
 media: nec potest dici p^{imum} vt videtur ex eo q^o non
 videtur esse aliquod detinens illum lapidem sursum ne
 descendat. **T**ertio. nam videmus q^o vna pila proyct^o
 tur super terrā: tunc eōuerso mouetur sursum: ergo
 p^{ius} quiescit super terrā vel nō. si 2^o habetur propo-
 sitionis. si p^{imum} hoc non valet vt videtur. n^oz si p^{ius}
 quiesceret apud terram antequam ascenderet nō videtur
 vnde postea mouet sursum cū sit nālīter grauis.

In oppositum vult Ar. in isto 8^o vbi hoc p^o
 bat q^o super lineā rectā per re-
 flexionē nō pōt fieri vnus motus perpetuus postquāz
 inter motus reflexos cadit quies media: non pōt fieri
 vnus motus ex motu qui est ante reflexionē & post: & p^o
 batur hoc ratione. n^oz si inter motus reflexos non esset
 quies media sequerēt q^o motus cōtrary essent adinu-
 cē p^{tinui}. nam vnus posset sequi aliūz imediate scilicet
 motus sursum: & motus deorsum: eiusdem mobilis: sed
 verum est q^o ista ratio facilliter solueretur. nam dicere-
 tur q^o illi motus non essent p^{tinui}: sed vnus motus im-
 mediate sequitur aliū sicut contigui. **2^o**. n^oz proycti-
 tur vna faba bumectata ad parietem tūc reflectit a pa-
 riete: & paries inuenitur bumectat^o: vnde videtur illaz
 fabaz quiescisse per tempus. **C**irca istam questionez
 sit p^{ima} conclusio q^o non necessario iter quoscūq^o mo-
 tus reflexos est quies temporalis: pro ista cōclusionē fa-
 cit ratio adducta in principio de faba cui obuiet lapis
 molaris descendens. **2^o**. n^oz sit vna musca que ascen-
 dat super aliquā lanceam quiescentem: tunc in quocūq^o
 q^o instanti illa potest incipere quiescere: in eodē pōt il-
 la lancea incipere descendere. ponamus ergo. a. instans
 in quo illa musca incipit quiescere in eodem instanti il-
 la lancea incipiat descendere. tunc musca continue an-
 te ascendebat & sine medio post. a. descendebat: ergo in-
 ter ascendere ipsius musce in isto casu: & inter descende-
 re nō intercipit quies media tēporalis: sed illi duo motus
 sunt

sunt motus reflexi: ergo inter aliquos tales motus non est quies media. ¶ Tertio ponat qd aliqua musca ascēdat super aliquā lineā velocius q̄ illa lancea descēdat: et remittat velocitas ascēsus illi? musce donec fiat minor q̄ velocitas descēsus illius lancee: tunc in instanti in quo velocitas musce et velocitas lancee sunt eque verū est dicere qd immediate ante hoc musca ascēdebat: et verū est dicere qd immediate post hoc descēdet: qz immediate post hoc descēsus lancee erit velocior: ex quo iterū sequit̄ qd inter ascēdere: et descēdere ipsius musce nō sit quies media: s̄ simili mō posset argui de boie exstante in nauī quiescente: qui quidem homo mouet̄ ab oriente in occidentem: tunc in quolibet instanti in quo iste homo pōt incipere quiescere: in eodez instanti pōt ista nauis incipere moueri ab occidente in orientem. ponat qd sic fiat in a. instans et veniat idē de motu reflexo animalis: sicut arguebat̄ de motu musce. Similiter posito qd homo in nauī moueat̄ ab oriente in occidentem et nauis econuerso et remittat velocitas motus hominis tā diu recte in casu de musca: et est simile argumētū in forma. ¶ Quarto pōt argui de motu alterationis. nam ponat qd aliquis alteret̄ ab aliquo frigido vsqz ad instās imaginatum: possibile est qd pro illo instanti pmo sit illi alterabilis applicatū vnū calefaciens obtinens super resistentiā illius alterabilis: et sup illud frigefaciens: et tūc sit illud alterabile sine medio ante B frigefiebat: et sine medio post hoc calefiat. q̄ iterū inter motus reflexos nō est quies media. ¶ Quinto posset argui de augmentatione: vt si aliquid augeret̄ vsqz ad aliquod instans imaginatū pro quo sibi pmo esset applicatū diminuens: obtinens super illud augmentās et resistentiā diminuisibilis tunc sequit̄ idē: qd de alterabili. ¶ Secunda conclusio inter motus reflexos non est quies instantanea: pbat̄. nā sicut nihil mouet̄ in instanti sic nihil quiescit in instanti: quies enī et motus opponunt̄ puatiue: et per p̄s pro mensura: pro qua nō est aptus natus fieri motus: nec etiā est quies. ¶ Ex istis duabus qōnibus etiā sequit̄: qd nec inter motus reflexos super lineā factas ad angulum: non opz esse quietē mediā: verbi grā sic: si aliquid moueret̄ circa triangulū: vel quadrangulū. non opz illud quiescere: cū esset super illo angulo ad quē esset tractio illarū linearū. Sed aliquis dubitaret hic: ponat qd qd aliquod mobile moueat̄ ab a. ad b. et econuerso moueat̄ ab b. ad a. tūc si nō necessario illud mobile quiesceret in termino reflexionis: querat̄ vtrū illud mobile aliquā fuerit in b. vel nunq̄: si nunq̄ sequit̄ illud mobile non moueri ab a. ad b. postq̄ nunq̄ fuit in b. si dicat̄ qd aliquando fuit in b. vel q̄ per tempus vel per solū instās: nō pōt dici z̄ ex eo qd instans nihil est: nec aliqua mēsurā vera: sed solū imaginaria. Si dicat̄ qd fuit in b. per tempus sequit̄ qd quieuit in b. et per p̄s inter illos motus reflexos. s. ab a. ad b. et econuerso erat quies media. ¶ Breuiter volens pcedere instantia facilliter soluit̄ illa: sed nō pcedendo instantia. v̄m est qd in casu p̄dicto illud nunq̄ fuit in b. in actu: sed solū fuit in b. in potentia: qd sic intelligit̄ qd motu ab a. ad b. finito et cōpleto: si illud mobile nō iterū fuisset motū. fuisset tunc in b. sed qz hoc est possibile dicimus illō mobile fuisse in b. in potentia. ¶ Tertia conclusio. illi motus quoz vnus est ante reflexionē et alius post sunt contrarij: pbat̄. qz si vnus eoz est sursum: et alter eoz est deorsum: et si vnus est ad dextrum: alter est ad sinistrum: mō tales sunt contrarij. ¶ Secundo illi motus sunt contrarij: quoz vnus est impeditiō alterius: sed sic est de motibus: quoz vnus est ante reflexionē: et alter post: ergo maior est nota: mi-

nor pbat̄. nā si aliqd mobile moueat̄ ab a. ad b. et vnū aliud a b. ad a. tunc cuz illa duo mobilia sibi obuiaret̄ vtrinqz illorum impediret̄ reliquū in suo motu: modo isti duo motus sunt omnino similiter sicut motus: qui est ante reflexionem: et alter post. ¶ Quarta conclusio. ex motibus quoz vnus est ante reflexionē et alter post non potest constitui vnus motus: probatur. nā ad vnitatem motus: requirit̄ continuitas: modo motus: quorum vnus est ante reflexionem: et alter post: nō possunt esse continui: qz sunt contrarij: lz possunt esse sophei. i. cōtigni: sicut patet ex dictis iuxta p̄mas conclusioes. Qu autē motus contrarij non possunt esse contigni adinuicem: probat̄. qz motus contrarij dicuntur specie: sed differentia specie nō possunt esse adinuicem continui: propter hoc qd continuoam vltima debent esse vnū. Sed mō differentia specie vltima non sunt vnū. ¶ Secundo si sic sequeret̄ qd idem moueretur motibus contrarijs. s. simul albefieret: et nigrefieret: hoc est incōueniens: et pbatur p̄ sequentia. nam si motus de albo ad nigrū: et econuerso a nigro ad album per reflexionē essent vnus motus: tunc mobile moueret̄ illo motu ad nigrum et ad album simul et semel: et sic simul albefieret et nigrefieret: vnde q̄ cito illud mobile moueretur versus album: postea versus nigrū et econuerso essent vnus motus. ¶ 5^a conclusio super lineas rectam non potest esse motus perpetuus: probatur. non posset esse aliquis motus super lineam perpetuus per reflexionem: qz talis motus nō est p̄tinuus: sed si deberet esse perpetuus oportet qd esset vnus: quare z̄. ¶ Sexta conclusio: qd solus motus super lineam circularem potest esse perpetuus: probatur. nā aliquis motus localis potest esse perpetuus: et de facto est: ergo vel motus localis rectus: vel circularis: vel mixtus ex recto et circulari: nō potest dici qd rectus per precedentem conclusionem: nec etiam potest dici qd mixtus ex recto et circulari propter hoc qd illud mixtum non est possibile cuius alterum mixtibilium non est possibile: sed sic est de motu mixto ex recto et circulari. nam ex quo non est possibile motū rectum esse perpetuum per precedentem conclusionem: sequitur motū mixtum ex recto et circulari esse perpetuū nō esse possibile. relinquit̄ ergo motum circularem esse perpetuū et hoc est conclusio. ¶ Septima conclusio: impossibile est motus reflexos naturales eiusdem speciei fieri sine quiete mediā: pbatur. nam motus naturalis alicuius mobilis ad aliquem terminum est cū inclinatione naturali ipsius ad illum: cum ergo illa inclinatio naturalis non possit subito deperdi: sequit̄ qd oportet mobile quiescere in termino sui motus anteq̄ recedat ab eo. ¶ Octaua conclusio: inter motum naturalem: et motum violentum: alicuius non est semper quies mediā. et pro pbatione istius conclusionis sufficit supponere qd ante dictus est: et per hoc soluitur ratio prima in oppositum. ¶ Unde lapides vel sagitte proiecte sursum oportet esse quietē mediā: nisi per obuiationes alicuius obstaculi impediatur talis quies: sicut arguebatur de obuiatione lapidis molaris descendentis et sape proiecte sursum. Cum enī modo est talis obuiatio: est quies mediā inter a localis violentum et descensum naturalem: probatur. nam cum aliquod graue projicitur violenter sursum: tunc anteq̄ illud graue desinat ascēdere: oportet qd motus quo mouetur sursum: desinat pcedere resistentiā mediā: et grauitatis proiecti et non statim illud proiectum econuerso descendit. Nāz adhuc oportet qd illa virtus: impulsivā diu remittatur: qd grauitas ipsius proiecti non statim excedit illam virtutem: sed aggregatū ex illa virtute et

resistentia medij. et ad hoc requiritur tempus: pro quo nec ascendit: nec descendit: sed quiescit: et secundum istas rationes videntur rationes vix suis: et etiam auctoritates adducte.

Ter. coment. LXXXII.

De his autem que feruntur: bene se habet dubitare etc.

Questio. XIII.



Vltimo Queritur a quo moueatur proiectum sursum post separationem illius a quo proyicitur. Istam dubitationem tangit Aristoteles circa finem huius octauae. Circa quod sunt diuersae opiniones. quarum prima est quod mouetur a proyiciente. et hoc ista opinio vult sic ostendere. nam ab illo mouetur proiectum cui imponitur projectio: sed sic est quod imponitur proyicienti ista projectio. quod si aliquid pyceret aliquid lapide: et ille cadat in aliquo loco: et occidat aliquod animal: tunc si queritur: quis pycit talem lapidem et occidit tale animal: respondet: quod solus. vel Plato qui proyicit: sed ista opinio non valet propter hoc. nam statim post exitum a manu proyicientis ipsius proyiciens potest corrumpi: et tamen adhuc proiectum potest moueri: sed tunc non esset dicendum quod mouetur a proyiciente propter hoc quod talis non est: ergo oportet dicere quod mouetur ab alio quo alio: cui omne quod mouetur ab alio: mouetur. et de illo queritur tunc quid sit illud quod mouet hoc. Ad rationem opinionis respondet quod proyicienti bene imponitur quod fuit occasio talis projectionis vel occisionis: non tamen sibi imponitur quod per totum tempus projectionis fuerit causa immediata talis projectionis. Alia est opinio et ponit quod proiectum post exitum eius a manu proyicientis mouetur ab aere per antiphrasim: quod intelligitur sic: quod proiectum cum separatur a manu exit velocius quam a suo loco: et tunc quod natura abhorret vacuum: aer existens retro ad implendum vacuum insequitur ipsum proiectum. et cum insequitur velociter cum attingit ipsum mouetur ultra. Sed breuiter Aristoteles istam opinionem improbat. nam ad istam opinionem sequitur quod in motu proiecti oportet omnia retro moueri versus ad celum: quod oportet quod aere primo insequentem alius aer insequeret: et illi iterum alius: et sic in infinitum versus ad celum. sed ad istam rationem aliqui ridentur quod non oportet omnia retro proiectum moueri. nam ex quo aer est condensabilis et rarefactibilis: tunc aer qui est retro proiectum potest rarefieri et sic insequeret proiectum: et replet locum in quo erat proiectum et aer ante condensatus. sed ista responsio non valet. nam cum talis rarefactio esset violenta: non sufficeret aer sic rarefactus tanto impetu nec tam longe mouere aliquid proiectum graue. 2. nam secundum istam responsionem oportet aerem ante projectionem condensari: et tunc talis condensatio aeris tantum impediret motum proiectum: quantum inuaret rarefactio aeris existentis retro. 3. nam tunc projectio deberet fieri eque bene per aerem rarum sicut per aerem densum propter hoc: quod non tanta violentia aer densus rarefit: sicut aer rarus cum non ad quemcumque gradum raritatis aer inclinatur. Similiter ista opinio non habet locum: in motu mole fabrici: similiter in motu trochi: videmus enim quod trochus post exitum eius a manu proyicientis diu mouetur circulariter absque hoc quod aliquis aer ipsum insequatur. mouetur enim super eodem puncto spatij sub quo mouetur. similiter est alia experientia. nam aliquid quis sedens super plaustrum feni non sentit retro se aerem insequentem: bene autem ante se aerem resistentem: tunc illud plaustrum feni adhuc mouetur trahentibus illud plaustrum desinentibus trahere: et hoc non esset si tunc moueretur ab aere insequente. similiter est alia experientia si aliquis proyicit aliquem globum feni vel stupe tunc

videmus quod retro alique particule trahunt se versus proyicientem: quod non esset si illud proiectum moueretur ab aere insequente: imo tunc ille particule deberent se trahere ad aliam partem: similiter est talis experientia. nam videmus unam paruum sagittam valde velociter moueri cum separat a proyiciente: et tamen sic non deberet esse si moueretur ab aere insequente propter hoc quod aer insequens est paruus et modicus. 3. opinio est ista quod proyiciens mouet proiectum et etiam aerem circumstantem: et quod iste aer est innatus moueri velociter mouet secum illud proiectum: et sic diceretur quod proiectum post separationem a manu proyicientis mouetur ab aere deferente ipsum. Sed ista opinio non valet: quod queritur de illo aere: sicut de illo proiecto unde mouetur cum recessit a proyiciente: aliquis diceret quod a sua leuitate: sed contra. nam leuitas solum est innata moueri sursum: projectio autem non solum est sursum verum etiam ad latum. ergo. Aliter contra istam opinionem sunt alique experientie. nam sic aer circumdans proiectum et molam fabri undique obstrueretur non minus videtur moueri post cessationem a motu primi motoris: ergo videtur quod proiectum non sic mouetur ab aere circumstante deferente proiectum. similiter si ita esset sequeretur quod possemus remoueri proyicere plumam quam lapides: sed hoc est falsum. sicut patet: et sequentia tenet ex eo quod minus resistit pluma aeri deferenti quam lapis grauis. Similiter si predicta opinio esset vera sequeretur quod si ego repellerem contra te aerem ac si proyicerem quod ille aer deberet facere magnum impetum contra te: quod tamen non experimur. Alia est opinio: quam pronuncieo verior: quod proyiciens imprimat projecto quandam virtutem motiuam: que est quedam qualitas que innata est mouere: nisi fiat impedimentum alius de ad eandem differentiam positionis: ad quam proyiciens proyicit. Et secundum istam opinionem posset reddi ratio quarundam experientiarum. prima est: quod lapis habet plus de materia. et est magis densus quam pluma: plus recipit de illa virtute motiuam: et diutius eam retinet quam pluma: et sic diutius mouetur post separationem quam pluma: et etiam fortius percutit: propter hoc quod habet plus de illa virtute motiuam sibi impressa: et quod ex natura sua illud proiectum tendit ad motum oppositum: tandem illa virtus impressa corrumpitur: et tunc illud mobile desinit moueri tali motu. Alia experientia quare lancea longa projecta fortius percutit quam lancea breuis: iterum causa est: quod plus habet de illa virtute impressa. Et similiter potest reddi ratio quare motus naturalis velocitatem in fine: ad quod est dicendum quod mobile quod mouetur naturaliter: acquirit sibi impressam: et quod ex natura sua illud proiectum tendit ad motum oppositum: tandem illa virtus impressa corrumpitur: et tunc illud mobile desinit moueri: nec illa virtus sibi corruptitur propter hoc quod talis orbes sibi non est inclinatus ad motum oppositum etc. Quare res sit illa virtus: non spectat ad naturalem: sed ad metaphysicum. scilicet an sit substantia: an accidens: et si accidens quale sit: vtrumque qualitas: vel quantitas: et si qualitas vtrumque de prima specie vel secunda: vel de alia. hec omnia considerare est altioris negotij. scilicet metaphysici: quare etc.

Finis octauae et ultimi libri physicorum.
Magistri Alberti de Saxonia.

C Reuerendissimo in Christo patri et domino. d. Dominico Sismano misericordione Bina sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalis: Aquilegiensi Patriarche dignissimo: Nicole tus Bernas Theatinus ciuis Vincentinus plurimam comendationem.



Enuit consuetudo et antiqua et nostris temporibus. Quia oēs mirifice comprobauerunt: ut viri excellenti ingenio: doctrinaque predicti: non tantummodo hominibus memorie sue quoad viueret ad iudicium non medio: cri cent: sed et monumentis quibusdam et perclarissimis scriptis posteritati presuleret: Vos ego imitat' per vi ribus: quauis cum illis de laude ingenij minime presedere velim: tetaui si aliquid effingere atque excude re posses: quod viris testaretur: et posteris aliquid ex parte presuleret. Nam cum tertius et tricesimus annus agat' ex quo primū gradū presitēdi eā pble pte que a grecis physice et i gymnasio Patauino prescur' sim: turpe putauit: si non in luce presferre ea que tot annos: ut auditoribus meis presdesset: tū ex grecis: tū ex latinis

scriptoribus diligenter excerptis. Itaque comētationes quas in oēs Alz. libros sumis vigily elucubrati' sus: ut editione mereant: idies retractare et expoliare non desino. Sed plus opusculū quod de immortalitate aic' scribit' et quod plures aic' sint et non vna pro fide catholica emitt' erenolui: ut sit quod aliorum opere velut agmen ducat. In hoc Auerois maleficę opinionis pfidū et vanū auctore certissimis argumētis refutauit. Nec mihi nūquā psuadē potui: eē quēquā tā fa tul tamque stolidū ingenij: ut ei' mentē tā vesana inia et ad ferax: (ut aiūt) sensū pot' accedēs a vō deslecteret: hoc est a fide christiana: cui si quod vel in minimis refragari audeat: ex poiuz cętu ad feras relegāndus ē: ut at ab eru ditiones meas auspicarēt: non mediocris cōsily res fuit: ipsimis rumorū falso quod ab iudicis quibusdam et malitiosis cir cūferebat: occurrere volui. Nam cum i gymnasio: ut crebro fieri presuevit: disputādi ac acūdi ingenij grā fallax illas et ab oī vitate alienā opintonē Auerois de vnico itellū non nūquā argumētis presfirmare tetauerit: aliquid plebei ac mi nuti pbi cū debet' et rudi ingenio ita opintonē que vltima est: asserere nō possent: in angulis de me venenato quod dā susurro quod Auerois inia sequeret oblog ceperūt. Di i postea more senū decrepitorū dentibus et morlu liuido carebūt: nā quod de fide: hoc est de vitate ipsa semp' senseri ligdo agnosceret: si e sua iniusta maledictionē et nō tole rādā ignozātiā accusabūt: cū Auerois fallax de vnico itellū sniam ab Aristotelico sensu: quod intit' lōge abhorre re presperit. Præter hęc cām adhortationes crebre Augustini Barbadi Venetiæ serenissimi Ducis accesserūt: quod vt dicitur ppe illia et summa integritate. R. p. Venetiā gubernat et bello paceque plurimū tutat et auget: sic ad mēdas fidei Catholice pte nō gladio sed scuto (vt aiūt) vti cuius felicissimo ductu et auspicijs non timuō im periu sed et artū honestissimaz studij floret vigentē. Quid de Petro Barolo Patauine vrbis epo religiosissi mo dicā: quod et sanctitate vitę et doctrina cęteris christianę religiois presidibus lōge presstat: bat' volūtati honestissi me si nō obtēperare: flagitiū nō mediocre putauit. Nam isapide vt B opusculū ut apud presferre pbi vbia me mo nere et hortari nō desit: bis oib' ad editionē cōpulsus: diu multūque mōcū cogitauit: cui nā potissimū B opuscu lū dicare: vnus ex oibus Duce Sismane Cardinalis pcellētissime mihi occurrit: quod cęteris B munusculo lōge dignior visus es: tū ob meā in te singulare obseruatiā: tum ob tuā in oī gñe vntū disciplinarūque psantia. Nam vt in sacrosancta Romana ecclesia tanque splēdidā sumū sidus effulges: sic in pble sacreę Theologie et aliaz sci entiarū studijs emindētissim' es. Dē in te exptus nō alioz testimonio misus profero. Probe memini vū hic in academia patauina liberaliū artibus operā dare quod breui ad sumū eaz fastigiū pueneris: ut sepe nūquā i dispu tationibus: tū publicis: tū priuatis in tra differēdi subtilitate nō auditores tū: sed presfessores ipsos in admiratio nem verteris. Si cęteras animi tui virtutes eximias singulareque dotes percensere velles: epistola vel stilo non succedente in volumen nō paruū exeresceret: merito te oēs sumis preconys ac laudibus dignissimū eē sentuūt. Cui perclarissimi viri scripta et ingenij sui monumenta si ex bis immortalitate optene picare debeāt: cū multa (vt in quit ille) ideo p̄ciosa videant' quod tēplis dicata et prescrata sunt. Verū pter supradictas causas ad hanc inscriptionem peculiaris causa me cōpellit ne ingratus erga tuū excellētissimā dñationē ab oibus esse dicar. nā fides quā mihi de sacerdotio Aquilegiensi dedisti: loco sumi muneris habeo: et re ita pactā absque vlla dubitatione: quā pmissa tua regia sunt: puta meminisse potes quem admodū olim anteq' hinc discederes pictura quadam tua viri tutū te ad hanc sumū dignitatē pueturū tibi vaticinatus sim. Aderat Antonius Pizaman' pbi et sacreę Theo logie sumus auctor ac pzonotari' dignissim' felrensisque antistes: quod tua vestigia in oibus imitari nitat: tūc bylarī lectoque vultu vt soles te pietationis nostre memorē fore rridisti et si res exitū nō fallacē sortiretur verba nostra nō irrita: sacerdotio aliquo quo me cōbonestares cōprobaturū. Superioribus quoque diebus cū hic esses voti com pos datā fidē te ppediē representatūz multis verbis pollicitus es. Aderat maior pars populū patauini et Ruerē dus in christo pater et dñs. D. Jacob' Defaro papbenis eps et fidei nostre p̄cipuū lumē: qui pmissus hoc multas verbis extulit: tuaque dñatione dignissimū esse censuit. Aderat reuerēdissim' D. tuę frater nobilis Patri' Vin centius Sismanus vrbis Venetę decus et ornāmētū singulare. Quare interim quoad Comētationes meas in Alz. libros retractauero et expoliuero: munusculū hoc lecta frōte exapiēs: quod si tibi placuisse sensero maiora illa opa nō sub pbi titulo: sed vt ipso canonice sublimitati tuę dicabo: cui isapide et me et oia mea: vt scis: ad duxi.

Maxima sideret spes et pia gloria cultus
Sismano: latoꝝ vnica fama locis.
Quod tibi Romanę sedes: Rubicę Haleri
Debent: hos decoras quę decoras magis.
Per te pulsa lues vity: genus omne malozum
Romulidum: per te menia p̄isca nitent.
Lum sis tam superis gratus: Judeaq; membra
Fecisti vt sacris squa lauentur aquis:
Quanta tibi maior veniet laus ipse roganti

Si Nicoletio iugera sacra dabis.
Sic modo Aristoteli qui tempora nostra dicauit.
Nunc valeam superum religione frui.
Nil Sopię monumenta valēt sine turribus altis
Equibus: vt fidei p̄co: metalla sonent:
Sic tu mentiri facies: qui me male dicunt
Christicolos mores: ac pia iura sequi.
Si vetus: et sopię cultor: fideiq; sacerdos
Siam: quid superi maius habere valent?
Alb. de sax. p

C Reuerendissimo in Christo patri et domino. **B. Petro Barotio Paduano** presuli: dño suo obseruadissimo: **Nicolens vernias Theatinus:** cuius **Vicētinus:** ordinarie pbilosophiæ sine cōcurrentia in almo **Paduano** gymnasio legens: plurimam cōmendationem.

Parne liber sōpbiæ referens monumenta diserte.
Cur cito sollicitus limina nostra fugis?
Tu modo Romani plausum sentire Theatri:
Tu ne cupis placido publicus ore legi:
Te tamen in primis moneo q̄ fronte serena
Athena diuini presidis alta petas
Barotij studio: mira munitus et arte.
Sulmanam poteris tutior ire domum:

C **Petrus Barotius:** Dei et apostolice sedis gratia epi Paduanus: et comes **Saccēsis:** **Nicolens vernias Theatinus** bonarum artium et medicine doctor: **Salutem.**



Scribit in actibus apostolorum sanctus Lucas euangelista de beato Paulo apostolo: qui et **Saulus** doctor gentium: Quod cum de persecutor: predicator factus fuisset: stupebant omnes qui eum audiebant et dicebant. **Nōne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit: ut victos illos duceret ad principes sacerdotum.** Quod ipsius etiam beatus Paulus confitetur: cum ad **Salatas** scribens dicit. **Audiuisti cōuersationem meam aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequabar ecclesiam Dei et expugnabam illam: et proficiebam in iudaismo supra multos cōtaneos meos in genere meo: absidantius emulatoz existens: paternarum mearum traditionum: et paulo post Eras inquit ignotus facie ecclesijs iudee que erant in Christo: tantum auditum habebant. Quoniam qui persequabatur nos aliquando nunc euangelizat fidem: quā aliquando expugnabat: et in me clarificabāt deū.** **Hec tibi qui et statura et nomine Paulus es: hoc ē paruus: optime accommodari posse existimo: qui cum prius et disputando et docendo: vnum esse in omnibus intellectū: sic explanaueris ut totam pene Italiam errare feceris: ut alium maluisti et minuti pbilosophi: ut in eptola tua ais. Et si istud nō senseris: fuisti forte causa ut alij hoc sentirent. Nunc opusculi cōposuisti quo sentire te contrarium non solum dicis: verum etiā probas. Quod cum diligentia vidimus et approbamus: quodq̄ tanto is qui bonis artibus studet vsui erit: ut dicere audeam etiam in te perfectus fuisse: id qd̄ Apostolus ad Romanos scribens ait. ut vbi absidant delictum: superabundet et gratia. Multo quippe pluri fieri consuevit in sententiarum redargutionibus illius hominis auctoritas: qui eas aliquando acerrime tutatus est: q̄ cuiusquas aliterius. Quocirca: seu ita senseris siue non opusculum istud componere opereprectum fuit: ut error ille pessimus illius maledicti **Zuerrois** extirparetur: qui quanto alijs in hac sententia deterior fuit: tanto et in omni vita scelestior. vnde ut tandem illud in lucem prodire sinas sua deo: et velut antidotum anime quoddam: quo sanare se: qui egroti fuerunt queant (Nā hoc modicum etiam decet) ostendas. Nihil hac mihi re gratius: nihil is qui te audierit vtilius: nihil tibi: qui apud multos ob eam rem infamiam non mediocrem excitaueras bonozificentius. Nihil pbilosopho: et eo presertim pbilosopho qui tot concinenter annos eius summa gloria pbilosophiam docuerit: dignius. Nihil postremo deo: cuius te spiritus ad illud cōponendum induxit: acceptius facere potes. **Vale. Padue. xij. kalendas septiles. 1499.****

Questiones de pluralitate intellectus contra falsas & ab omni veritate remotas opiniones Averrois: & de anime felicitate Nicoleti verniatis Theatini civis Uicentini: in almo Gymnasio Patavino ordinarie sine concursu sententia philosophiam legentis: Feliciter Incipiunt.



Questio est: an intellectus anima sit forma substantialis humani corporis: utrumque sit in eo felicitabilis. Utraque questio grauissima est inter omnes quoniam que sunt de anima. Et Aristoteles promisit determinare eam in tertio de anima: nunquam tamen in libris de anima eam absoluit: neque in alijs libris ut sancto Theophrasto placuit: sed Albertus dicit auctoritate Alfarabij eam absoluisse in decimo ethico. Diffidit quasi Averroes posse in tota prima questione absoluere. Et hoc est quod dicit tertio de anima 205. Quia omnia ita sunt: ideo visum est mihi scribere quod mihi videtur in hoc: & si hoc quod mihi apparet non fuerit completum: erit tamen principium complementi: & tunc forte inuenietur verum in hoc: si non inueni. Declarat etiam difficultatem questi discordia sapientium in eo in quo inter peripateticos est discordia non parua: ut ex dicendis patebit. De secunda itaque loquens Averroes in 3o de anima in commento. 36. inquit: & ista perscrutatio quam intendit est valde difficilis & ambigua: & opus nos perscrutari secundum nostrum posse de hoc. Et in fra eodem commento. Causa autem istius difficultatis & laboris est: quia nullum sermonem inuenimus ab Aristotele in hac intentione: sed tamen Aristoteles promisit declarare hoc. Ista questio non recessit a cogitatione Averrois: per tempus nutus unius oculi. Alfarabius ambigens multum fuit in ea de qua Averroes. Hoc questum est valde difficile: & cum talis fuerit dispositio Alfarabij in hac questione: quanto magis aliorum hominum. Pro tatarum igitur quoniam explanao: tria duntaxat facere istius. Primo. n. opinionibus philosophorum ab Aristotele deuantibus cum suis rationibus adduci. Secundo quod Aristoteles cum suis famosisque expositioibus senserit explanabo. Tertio christiane fidei sincera veritas dilucidabitur soluedo cunctas philosophorum rationes: que huic veritati obuiare videntur.

Quantum ad primum inuenio inter antiquiores philosophos Parmenidem voluisse ne quod mundum neque aliquid simpliciter generari. videtur tamen entia extrinseca plura esse respectu eorum posuit diuinum amorem esse agentem causam: qui amor luminis est cause prime non distinctum in singulis: neque secundum esse: neque secundum essentiam: & propterea dixit omnia esse unum finitum & immobile: quia omnia unum dixit esse secundum formam. Mellissus non posuit illud unum esse infinitum: quia omnia dixit esse unum secundum materiam: que quantum ex se est: infinita est & indeterminata. Xenophanes vero preceptor Parmenidis hoc non distinguit: sed ad totum celum respiciens dixit omnia esse deum: hoc est quod de Parmenide per metaphysicam dicit philosophus. Parmenides enim tentans monstrare vniuersi generis. primum quidem ait diuinum amorem fore prouidentem omnibus. Aliquorum tamen opinio est quod Desiodus prius hoc dixerit. Et hoc est quod dixit philosophus in eodem primo metaphysice. Suspicabitur vniuersum aliquis Desiodum prius quod fuisse huiusmodi. Desiodus vero dixit omnia prius chaos fuisse: deinde terram latam & amorem qui con-

deret immortalia. Istis Anaxagoras Clazomenus com- sentit. Coactus enim Anaxagoras ponere causam agentem: dixit intellectum diuinum separatum & mixtum esse cum totius vniuersi: ut ponit Ap. de eo per metaphysicam. quod tamen horum prius dixerit Ap. sub dubio relinquit. Quibus bis etate post Thales Milesius vniuersum ex septem grecie sapientibus: quibus huius speculatiue philosophie princeps fuit: ut dicit philosophus eodem per metaphysicam. primus dixit omnia esse deus plena. Ante tamen eum antiquissima inuenitur opinio Orphei & Musei: quos theologizantes philosophus in per metaphysicam appellat: eo quod de theologis in suis carminibus scriberet. qui concordantes cum Thalete dixerunt totum aqua principium: & quod omnia deus replerentur. vni dixerunt aerem plenum animabus esse: quas immortales & deos quosdam esse dixerunt. De antiquitate huius opinionis loquens philosophus per primo metaphysice dicit. Siquides igitur ista antiques & seniores fuit de natura opinio: forsitan vniuersum incertum erit hypochondriacum. non vniuersum alijs dignificabit: posuisse cum eis propter sui intellectus paruitatem. Quis ergo prenotati philosophi in hoc inueniunt quod ponunt intellectiuam animam & deum idem esse. Cum ergo deus eternus & vnicus sit: ergo vnicus erit intellectus in omnibus apud istos. Et ex istis opinionibus pullulauit error Averrois: & aliorum peripateticorum dicentium vnum esse intellectum in omnibus. Mouetur autem isti ad hoc probandum vna ratione efficaci multum: que refertur Alfarabij per metaphysicam fuit Alexandri peripatetici: que talis est: illa sunt eadem: quorum principia eadem sunt: sed omnia principia eadem sunt: ergo &c. Probatur minor. Nam omnia principia sunt materia prima & deus que non differunt: nam illa sub eadem natura continentur: & supra ens nihil addunt: neque diuersas neque modos. Nam si aliqua talia superderent essent composita: quod falsissimum est. Ex quo igitur in entis natura inueniuntur in nullo alio differunt: & idem (ut Porphyrius inquit) est a quo aliquid non differunt diuersa: sequitur deum idem esse materiam & esse. Hoc quod de Orpheo dictum est: colligitur per de anima textu commentum. 84. vbi ipse animam respiratum aerem asseruit. De Thalete text. commentum. 31. vbi dixit omnia esse deus plena. De Anaxagora textum 21. 31. vbi posuit intellectum diuinum omnia mouere: & esse inde quibus anima nostra: de quo Commentator. Et sermo istius est magnis propinquus veritati & sententie Aristotelis: & ideo laudauit eum post Aristoteles in 3o de anima in text. commentum. 24. Clarius ponitur quod anima & intellectus idem sunt: quia in commento superiori dicitur quod idem sunt. I. genus ibi absolute. Et hoc est quod poeta in bucolicis dicit Ab ioue principium muse iouis omnia plena. Et Lucanus Est ne dei sedes nisi tellus potus & aer Iuppiter est quodcumque vides: quodcumque movet. Post hos inuenio Democritum: & eius collegam Leucippum: ut dicit Aristoteles de eis per metaphysicam. de quo per de generatione dicit philosophus ipsius melius philosopho fuisse Platone. Vni enim cum poneret indiuiduales atomos esse res principia quales sphaera solis videntur. cum quibus posuit vacuum: ex quo dimensiones corporum fierent. talia enim indiuisibilia non possunt esse causa diuisibilium. ideo cum eis ponit vacuum. Ita ut ex atomis fierent res substantie. Ex vacuo quod est prima dimensio apud eos dimensiones corporum. Ex atomis igitur ponit esse animam compositam: quam cum poneret esse igne nature per plura maximam mobilitatem. dixit eam ex atomis igneis & rotundis stare. figura enim rotunda propter caritatem angulorum maxime apta est ad motum mouente primo se: deinde alijs dante motu. Colligitur hec descriptio per de anima text. commentum. 20. imaginabatur enim Democritus: quod sicut argentum vitum quod erat in statu Minerue quam Dedalus compositum fuit: mouebat per se: deinde statuas: ex qua statua vulgus

Anaxagoras.

Thales Milesius Orpheus Museus.

Quia sapienter peripateticorum errant.

Quod per se omnem esse videtur.

Text. 25.

Virgilius Lucanus.

Democritus.

Articulus primus.

De medio placentia mellis si placuit.

Xenophanes.

De modis placitum capite se eadem per se.

De pluralitate imoz.

decipiebatur: credēs illud diuino fieri miraculo. ita de anima. d. q. primo se mouet: deinde corpus. Colligitur B vltimū primo de aia textu cōmēti. 4. 4. Posuit vltimū intellectū et sensum oino idem esse. Non enī cognouerunt nisi sensibilia et materialia. Et propter hoc laudat Homerū dicēte q. Dector aliqñ sapiēs iacebat. cui. n. in eo erat mutatio apud sensus: erat et mutatio apud intellectū. fertur enī de eo q. aliqñ ad amentia ducebat (vt dicit de eo Aristoteles in problematibus) hoc idē ponit de Homero p. de aia textu cōmēti. 23. et 2^o de anima textu cōmēti. 10. 4. vbi inq. Domeri auctoritate: q. talis est hoīs intellectus: qualē pater hominum atq. deoz ducit in die. ¶ Hoc idē sentit Empedocles agrigentinus siculus (vt ibidē patet) et 4^o metaphysice textu cōmēti. 20. primo de aia. d. aiam esse. 6. res. Ratio aut sui dicti fuit. Nā oēs antiqui qui p. sentire et cognoscere venati sunt nām aie. dixerūt aiam p. stare ex principis: que quidē principia alij dicebāt esse vnū: alij plura: et illi qdem qui vnū faciebāt principū illud vnū esse animā dicunt. qui vō plura ex illis eā cōponi dicunt. ¶ Unde cū empedocles 4^o elemēta posuerit rerū principia: cū lite et amicitia dixit aiam esse sex res. ¶ Fundabant enī antiqui suas opinionē in tribus p. positionibus. p. ma oīs res per suum simile cognoscitur. secūda q. res nō cognoscitur nisi per sua principia. tertia q. anima cognoscit oia. Ex istis arguo sic: aia oia cognoscit ex tertia p. positione. ergo cognoscit per p. nēcia oīus ex secūda p. positione. et cū cognitio fiat per simile: ex prima p. positione: et cū similitudo sit relatio realis fundata sup. vno s^o metaphysice. vnū ergo et idē erit aia cū principis oīum: et sic aia habebit in se principia oīus s. m. esse reale. Colliguntur hec ab Auer. p. de anima textu cōmēti. 33. Diffinitio autē empedoclis de anima ponit in textu cōmēti. 25. Aliquādo tamē secutus est empedocles. Pithagorā (vt in eius opinione videbit.) ¶ Diogenes ponēs aerē rerū principū: dixit animā esse aerē. Heraclitus dixit eā esse vapōrē. Pypon Acheon magis rudum: aquā eā dixit. Ernas sanguinē. omnes ergo hi philosophi in hoc p. ueniunt q. ponunt aias oēs generabiles et corruptibiles et p. sequēter habent ponere eas esse veras formas dātes specificas esse et. De Diogene et alijs noīatis loquitur philosophus p. de aia text. cōmēti. 31. Dia igitur elemēta iudicē habuerūt preter terras propter sui vilitatē (vt. p. inq.) Nullus enī antiquoz ponit solā terram principū esse excepto Desfodo qui (vt inquit Cōmētator p. metaphysice text. cōmēti. 30.) non fuit philosophus sed legista. ¶ Pithagoras vō Samius philosophus sapiētissimus. Iste enim fuit p. mus qui recte cognouit agentē cām. Alij enī quasi balbutiētes loquebātur de ea et obscure. vnde (vt dicit Aristoteles p. metaphysice: q. ante Italicos. i. Pithagoricos vt oēs exponunt. Pithagoras (vt inq. sanctus Thomas cōparatista noster) dictus ē Sami^a ciuitate Calabrie: et ita merito a p. ho Italicus appellat. sed credo q. dicat Italicus q. in Calabria docuit apud crotonē ciuitatē Calabrie. Ante istū dico q. loquebātur de eā agēte qualiter in bello ineruditi faciūt: etenī illa circūducti sepe bonas plagas faciūt. ab isto Plato pro magna p. s. nā accepit philosophiā. et hoc est qd. ponit Aristoteles primo metaphysice. post dictas vero philosophias Platonis sup. uenit negociū: in multis quidē hos sequēs: alia vō et p. pria p. ter Italicoz philosophiā habēs. De isto loquens Tullius in libello de deoz natura. d. nō aliter p. bari a quocūq. sua dicta referunt: nisi q. ipse dicit. Cū ergo meus alij ante eū cām agentē cognouisse dixit ab vno

I. cō. 25.
Empedocles.

Empedocles rō q. aia cōponat ex sex rebus.

I. cō. 10.

Diogenis opinio.

Pithagoras.

p. mo simplici qd. est vniuersi cā nulli inuens numero. omni tñ rei numerū dāte cūcta p. cedere. Respectu vō sensibiliū posuit mathematicos numeros p. nēcia in bis sensibilibus existētia et nullo modo sepata (vt voluit Plato.) Et hoc est qd. seuerinus ille Boerius in p. sue arithmetice s. niam Pithagore trāfferēs ait. oia quecūq. a p. nēcio rerū natura p. tracta sunt: numeroz videntur rōne formata. hoc enim fuit p. nēcia in animo cōditoris exēplar. hinc enim quatuor elemētoz multitudine mutuata est: hinc tēporū vices celiq. conuersio. De aia vō loquēs dixit immortalē esse. aliter ipse nō poneret ipsas de corpore in corpus trāformari: oēs q. eē cuius dem rōnis. Cū opera cōsimilia artis ab eis et a bauris et hoibus perueniāt: vt patet in aialibus nidificātibus ex quo posuit in suis legibus q. sacrilegiū esset carnes comedere: que errorem Manichei vsq. in bodiērnū diē imitātur. vnde Quidius compatriota noster Quātus scelus est in viscere viscera cōdi. Pithagoras enī vt faceret ciues colere iustitiā posuit etiā in suis legibus: q. quelibet aia quodlibet corpus ingredi pōt. Ita q. volebat q. aia illa que iustitiā nō coleret ingredi corpus deterius mulier p. mo deinde brutoz. et hoc est qd. dicit p. de eo in p. de anima in text. 2^o 53. in noua translatione. s. m. autē Pithagoricas fabulas quilibet aia quodlibet corpus ingredi potest. in trālatione Cōmētatoris videtur esse possibile apud eos vt quelibet anima existat in quolibet corpore: et trāferatur de corpore in corpus sicut dicit Pithagoras in apologo quem posuit ad corrigendū animam cūmū. et Calcidio in timeo referente Pithagoras in suis aureis versibus sic dicit.

Corpore deposito cum liber ad ethera perges:

Euades hominem factus deus ethera almi.

¶ Dicit Alcmeon sentit: q. Pithagora sene exīte philosophari cepit. vt dicit. p. p. meta. hic cuius Pithagoras p. cordās posuit aiam imortales esse et de nā celi: vt p. de aia textu cōmēti. 32. colligitur. huius etiā aliqñ empedocles sentit vt patet ex quibusdā carminibus: que ipse cōposuit: vt Macrobius refert: que sunt infra scripta.

Namq. ego iam dudum vixi puer: et solida arbos.

Et tali sexu inde animal. tum lactea virgo.

Natus item vt pecudes cedit matremq. patremq.

Nec sentit charos mandens sub dentibus artus.

¶ Et Horatius de eo inquit.

Sernari nolit dicam scilicq. poete

Narrabo interitum: deus immortals haberi.

Dum cupit empedocles: ardentē frigidus et hnam Insiliuit: sit ius liceatq. perire poetis.

Loz iubet hoc etenim postq. destertuit esse.

Neonides quintus pauone ex Pithagoreo.

Troiani tēpore belli pantholides. Euphorbiū eram.

¶ Post hos inuenio diuū Platonē voluisse mūdū ipsuz atq. aias nras intellectiuas ab ipso deo ab eterno fuisse productas. De aīab^o infra phabif plane. Et p. ex timeo expse (vt infra tāget) vbi vult incorruptibilia oia ab ipso deo imediate p. duci. De mūdo p. ab Aristotele text. 2^o 102. p. mi de celo vbi dicit. Genitū qd. igit oēs esse dicūt. Vī qd. sempiternū. Ecce q. hi. s. platonici (vt oēs exponunt) dicūt celū genitū: sed ab eterno. hoc ē p. ex expōne Xenocratis discipuli Platonis: q. Platonis aui p. liū afferēs dixit celū s. m. Platonē ab eterno p. ductū fuisse: vt p. eodē p. celi text. 2^o 125. vbi Com^o. Defendēs autē Platonē dicūt q. assimilatio gnōnis mundi ex suis elemētis gnōni finitaz ex lincis: et superficiebus a Platōe significat q. mūdus semp fuit apud Platonē. Et qd. ipse nō itēdebat p. hūc sermonē: nisi q. p. res eius sunt

Platonis aia.

